ANAXAGORAE CLAZOMENII

FRAGMENTA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,

COLLECTA COMMENTARIOQUE

ILLUSTRATA

AB

EDUARDO SCHAUBACH,

APUD MEININGENSES DIACONO.

ACCEDUNT

DE VITA ET PHILOSOPHIA ANAXAGORAE

COMMENTATIONES DUAE.

LIPSIAE 1827,

SUMPTIBUS HARTMANNI.

PRAEFATIO.

Quandoquidem totius antiquitatis cognitionem, etsi nostris temporibus virorum et ingenii acumine et doctrinae copia praecellentium variis studiis magnopere auctam, tamdiu mancam fore demonstratum est [1]), atque imperfectam, quamdiu nondum effectum fuerit, ut quae nunc disiecta iacent, misereque discerpta membra colligantur, depravata emendentur, obscura illustrentur: haud sane est, quod ei, qui ad eiusmodi negotium accedere sibi proposuerit, multa verba facienda sint, quibus sibi caveat, ne in multorum varias incurrat re-

1) *Wyttenbach.* Bibl. Crit. Vol. III, P. III, p. 48. *Creuzer.* üb. d. akad. Stud. d. Alterth. p. 109. *Sturz* in praef. ad Empedocl. 42. *Wolf.* Mus. Antiqu. Stud. I, p. 61. ss. *Brandis* commentatt. eleat. p. 2. 3.

prehensiones. Quemadmodum vero omnino exspectandum est, ut omnium scriptorum, qui nunc, saepius vix nomine noti, neglecti iacent, vestigia anquirantur, et quae apud veteres passim inveniuntur fragmenta sedulo colligantur, ita dubium non erit, quin eadem opera philosophos veteres dignos esse censeamus. Eorum enim magna pars nondum ita exposita est, ut in conscribenda historia philosophiae reliquiarum collectione et explicatione supersedere possimus. In libris, ubi universe tantum de his rebus agitur, saepius eosdem fere locos iam a prioribus temporibus usque ad nostram aetatem repetitos invenies. Nec hoc arroganter a me dictum accipi velim: siquidem haec res vix mirationem facere poterit ei, qui molem eiusmodi operis secum reputaverit, singulaque hac ratione ad vivum resecari non posse viderit. Quamobrem ante omnia requiritur, ut plures in talibus non tam rivulos, longiori ductu

haud raro turbidos consectentur, sed fontes ipsos accedant, indeque penitus, quoad hoc fieri possit, aquam limpidam exhauriant. Haec fere erant, quae mihi Anaxagorae Clazomenii fragmenta collecturo observabantur[1]). In qua quidem re exsequenda ita versatus sum, ut primum singula ex veterum scriptis ipse diligenter colligerem: tum vero ad recentiores legendos me conferrem, qui bene de Anaxagora meruerint, quorum quemque suo loco laudatum invenies. Hac ratione cautum esse videtur, ne nostra temere inferamus veteribus, ne nova misceamus antiquis, vel quae nobis placuerint, praeconceptis opinionibus ducti iam apud priscos illos inveniamus. Singulos veterum locos a me adscriptos esse, neminem improbaturum esse spero, quum non

1) ad haec colligenda adhortatur *Carus* in dissertat. d. Anaxagoreae cosmotheologiae fontibus, p. 5. Rem ipsam iam suscepturus erat *Fülleborn* (Beytr. z. Gesch. d. Philos. VI, p. 167.)

omnium ad manus semper isti sint libri, inprimis commentarii in Aristotelem: e quibus, quantum hauriri possit ad veteris philosophiae monumenta rectius intelligenda, neminem rei peritum fugit.

Non autem possum, quin grato animo profitear, quantum in hac re *Dissenio*, professori Gottingensi, Praeceptori pie venerando debeam: a quo ita sum adiutus, ut quidquid boni sit, quod in hoc opere, horis subsecivis inter alia negotia ad finem perducto, inveniatur, unice ab hoc Viro praestantissimo repetendum esse videatur. Quodsi viris doctis opellam meam hanc qualemcunque placuisse videro, impense laetabor: siquidem nihil curae cordique mihi fuit, quam ut eorum studio inserviatur, qui veterum philosophiam accuratius perquirere sibi proposuerint, utque omnia parata, collecta, disposita et illustrata inveniant, quibus facilius uti possint.

INDEX

NONNULLARUM VOCUM QUARUM USUS IN NOTIS ILLUSTRATUR.

PARS I.

DE VITA AC SCRIPTIS ANAXAGORAE.

CAP. I.

DE VITA ANAXAGORAE TRACTATIO. 1)

Priusquam ad singula accuratius exponenda progrediamur, necesse est ipsum distinguamus ab aliis, quibus idem fuit nomen. Vid. de hac re docte disserentem *Meursium*, in nott. ad Chalcid. p. 22. Tres alii nominantur in Diogen. Laërt. II, 15. *γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀναξαγόραι, ὧν ἐν οὐδενὶ πάντα· ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἦν ῥήτωρ Ἰσοκράτειος· ὁ δ᾽ ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται Ἀντίγονος· ἄλλος γραμματικὸς Ζηνοδότεως.* De rhetore illo, discipulo Isocratis nihil

1) De hac re plures jam egerunt, *Heinius* in duabus commentationibus Academiae Berolinensi exhibitis (Histoire de l'Academ. R. 1752. 1753.), quae in vernaculam versae inveniuntur in *Hissmann* Magaz. f. d. Gesch. d. Philos. V, p. 237. *De Vries* de vita Anaxagorae, cujus commentationis mentio fit in Magasin Encyclop. p. *Millin*, T. LXXV, p. 197. ss. Sketch of the life, character and philosophy of Anaxagoras in Classical Journal, N. 37, p. 173 — 177. Anaxagoras Clazomenius, s. de vita atque philosophia ejus disquisitio auct. *Hemsen*, Gotting. 1821. Cf. praeterea *Bayle* in Lexic. s. v. Archelaus, *Meiners* Gesch. d. Wissensch. I, p. 723. ss.

omnino constat, quantum equidem scio. *Menagius* ad Diog. Laërt. l. c. eundem esse putat, qui περὶ βασιλείας scripsit, de qua quidem re infra dicendum erit. Statuarii Anaxagorae mentionem factam videmus in Pausan. V, 23. τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ ἀνατεθὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐποίησεν Ἀναξαγόρας Αἰγινήτης. Vid. *Müller.* Aeginet. p. 104. Grammaticus ex Zenodoti disciplina idem fortasse est, qui memoratur in schol. ad Apollon. Rhod. IV, 815. b. ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ μὲν Ἀναξαγόρας ταῖς ἀληθείαις φησὶν κ. τ. λ. ut jam monuerunt *Meurs.* ad Chalcid. l. c. et *Fabric.* Bibl. Gr. II, p. 644. Praeterea autem afferendus est hoc loco Anaxagoras, Argivorum rex, a quo etiam Anaxagoridae originem trahunt, Pausan. II, 18, 33. Diodor. Sic. IV, 68. p. 313. *Wesseling.* Anaxagoram Ephesium, tyrannicidam *Fabric.* l. c. nominat, non adjecto loco, quo a veteribus commemoretur.

Jam ad aliam quaestionem progredi liceat, ad *aetatem*, qua Anaxagoras vixerit, constituendam. In qua quidem re, quidni auctorem sequamur in talibus certissimum, Apollodorum dico, qui in chronicis [1]) septuagesima Olympiade Anaxagoram natum esse refert, h. e. 500. a. Chr. n. (sive ut alii malunt 498), quod pendet ab Olympiadibus. Ad quod congruit cum narratione ipsius Diogenis l. c. Clazomenium egisse, dicentis vigesimum aetatis annum κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν (480. a. Chr. n.). Sic quoque Cyrill. contr. Julian. p. 13. ed. *Spanhem.* Lips. 1696.

1) Diogen. Laërt. II, 7.

Larcher chronolog. Herodot. p. 637. ed. noviss. Fuit quadraginta annos major natu, quam Democritus,[1]) teste hoc ipso ap. Diogen. Laërt. IX, 41., qui secundum Apollodorum octogesima natus fuit Olympiade (460. a. Chr. n.) et aequalis fere fuit Socratis, Diogen. Laërt. l. c. Quum vero Anaxagoras ex Apollodori ratione jam Olympiadis septuagesimae octavae anno primo mortuus sit, Suidas vero atque alii eum septuagesimum secundum aetatis annum attigisse dicant, *Casaubonus* ad hanc discrepantiam tollendam in Diogene τῇ ἑξηκοστῇ legere voluit pro τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, ita ut Anaxagoras jam a. 540. natus esset, *Menag.* ad Diogen. Laërt. l. c. Dubitanter tamen hanc lectionem proposuit, cf. *Heinius* in *Hissmanni* Mag. V, p. 240. et refutatus est a *Meursio* in Attic. lect. VII, 27. Infra, ubi de morte Anaxagorae sermo erit, explicabitur, quomodo illi Diogenis loco medela afferri possit, plerisque de hac re disserentibus probata.

Ad aetatem Anaxagorae definiendam pertinent ea quoque loca, in quibus Anaximenis discipulus fuisse traditur. Cic. Nat. Deor. I, 11. „Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam.“ Diogen. Laërt. II, 6. οὗτος ἤκουσε Ἀναξιμένους. Id. prooem. 10. Strab. XIV, p. 645. Ἀναξιμένους ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου. Euseb. praeparat. evang. X, 14, p. 504. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. κοινωνήσας τῆς Ἀναξιμένους φιλοσοφίας. Harpocrat. s. v. Ἀναξαγόρας.

1) contra hanc rem disputat *Meiners*, Gesch. d. Wissensch. I, p. 724 ss.

Ἀναξιμένους μαθητὴς Μιλησίου. Augustin. d. civit. D. VIII, 2, p. 701. „Anaxagoras, ejus (sc. Anaximenis) auditor." Non autem jam quaeri posse videtur, num Anaxagorae aetas aliter constituenda sit, sed potius an Anaximenes, seriori tempore vivens coaevus Anaxagorae fuerit: nam in aetate Anaxagorae, paucis exceptis, non ambigitur. *Casaubonum* jam reliquimus. *Wyttenbachius* in Biblioth. Crit. Vol. III, P. 12. p. 65. Anaxagoram Olympiadis sexagesimae septimae anno tertio natum esse, putat, nixus testimonio Democriti, qui se quadraginta annos natu minorem dixerat, et Thrasylli, ex cujus ratione Democritus jam Olympiadis septuagesimae septimae anno tertio natus erat. Sed ad hanc sententiam *Wyttenbachius* adductus est tantum eo, quod Anaxagoram discipulum Anaximenis voluit esse, neque vero argumentis e re ipsa petitis. Vulgarem sententiam, quae in Diogene Laërtio affertur, sequuntur viri chronologiae peritissimi, *Meursius*, *Petavius*, *Vossius*, quos jam a *Menagio* ad Diog. Laërt. II, 7. excitatos invenies; *Heinius*, *Meiners*, *Tennemannus*, alii.

Quamquam enim Anaxagoras in nonnullis locis discipulus Anaximenis fuisse fertur, tamen hoc nusquam apud Platonem vel Aristotelem dictum reperies [1]; quid? quod inter ipsa illa testimonia plura sunt ambigua. E contrario sunt plurimi loci, unde ipsum Periclis et Socratis temporibus floruisse patet [2].

1) *Meiners* I, p. 140.

2) hoc elucet ex recensu discipulorum ejus, quem infra apponam.

Quod si ponitur una cum Pythagora et Xenophane (Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. Syncell. chronic. p. 190. 203. a.), hoc vix urgendum esse putaverim, siquidem locis citatis in universum tantummodo de Anaxagorae aetate sermo est. Huc accedit, quod Eusebii auctoritas hac in re non magni facienda est [1]), cum ex iis, quae de doctrina Anaxagorea tradit, manifeste pateat, illum alios sequutum esse, et ex eorum narrationibus hausisse sua. Sed redeat unde huc declinavit oratio. Anaximenes prius vixisse videtur, siquidem nunquam inter seriores illos affertur, qui coaevi Anaxagorae nominantur; floruit, ut verisimillimum est, circiter Ol. LVI—LVIII [2]).

Facile omnino explicari posse mihi videtur, quomodo factum sit, ut Anaximenes pro magistro Anaxagorae haberetur. Solent enim veteres enumerare seriem quandam philosophorum, vel aliorum, ordinemque inter illos constituere, quo isti sese deinceps exceperint. Abunde hoc docet historia artis graecae, ubi similis ratio deprehenditur. Cf. Clem. Alex. Strom. I, p. 301. *Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου Μιλήσιος· μεθ᾽ ὃν Ἀναξαγόρας κ. τ. λ.* Talia ab aliis mutabantur, ut non modo *sequutos eos esse* narrarent seriores, verum quoque *discipulos* eorum fuisse dicerent [3]).

1) Cf. not. ad fragm. 1.

2) *Meiners*, l. c.

3) *Schleiermacher* über Anaximandros (Abhandl. d. philos. Kl. d. Pr. Akad. 1815.) p. 114. de Thalete et Anaximandro: Zeitgenossen waren sie allen Nachrich-

Quibus expositis intelligitur, non laborandum esse in concilianda discrepantia aetatis Anaximenis et Anaxagorae, quod a nonnullis factum est, ut verbi causa ab *Heinio* (apud *Hissmannum*, V, 245.) *Wyttenbachio*, l. c. *Corsin.* fast. Attic. III, p. 112, cui assentitur *Hemsen*, p. 8. Quorum vero alius aliter rem instituit. Eo minus hanc opinionem retinendam esse censeo, quo magis elucet, si doctrinam ipsam spectaveris, nihil fere esse, quod Anaxagoras ex Anaximene hausisse videri possit.[1]) Inter utrumque ponendum esse *Diogenem Apolloniaten*, ostendit *Schleiermacherus*.[2])

ten zufolge und an einem Orte lebend, nur Anaximandros jünger, woraus die spätere Zeit, *die den Begriff der Schule überall hineintrug*, nicht verfehlte, ein so bestimmtes Verhältniss zu bilden." Quae commode mutatis mutandis huc transferri possunt. Cf. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 312.

1) Cf. *Hemsen*, p. 10. *Carus*, de A. cosmotheol. f. p. 759.

2) *Schleiermacher* über Diogenes von Apollonia, in d. Abhandl. d. K. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1815, p. 93. „was ist nun wahrscheinlicher, dass der Geist sich zuerst fand in jener strengen Form des Gegensatzes, den Anaxagoras aufstellt, oder in jener untergeordneten, der erscheinenden Einheit mit der Materie, wie wir bey Diogenes finden? Ist nicht von Diogenes zu Anaxagoras ein Fortschritt, umgekehrt ein Rückschritt? Tritt uns nicht Anaxagoras, wenn wir ihn unmittelbar an Anaximenes knüpfen, ganz unhistorisch wie ein Deus ex machina entgegen, als habe er den Geist, und noch dazu ganz fertig und rein gewaschen von aller Materie, gleichsam erfunden?"

Jam vero ad aliam hujus disquisitionis partem pergendum erit, qua ea enarrabimus, quae in scriptis veterum de vita Anaxagorae passim referuntur.

Clazomenius vocatur unanimi consensu totius antiquitatis; ita ut fere semper scriptores eum designent apposito illo adjectivo: *Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος*. Quamobrem locos afferre inutile foret. Erat vero ille et generis nobilitate et opum affluentia insignis. Diog. Laërt. II, 6. *οὗτος εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν*. Pater ipsius fuit *Hegesibulus*, Diog. Laërt. l. c. Clem. Alexandr. p. 416. d. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. Suid. et Harpocrat. s. v. *Ἀναξαγόρας*. Alii vero *Eubulum* nominant, Diog. Laërt. l. c.

Studio rerum causas cognoscendi adductus patrimonium reliquit, et totum se philosophiae dedit. Quum a suis negligentiae insimularetur, „cur vos," inquit, „ista non curatis?" Diog. Laërt. II, 6. 7. (ubi vid. *Menagium*) μεγαλοφροσύνῃ, ὅς γε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις. *Αἰτιαθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν* ὡς ἀμελῶν, τί οὖν, ἔφη, οὐχ ὑμεῖς ἐπιμελεῖσθε; Saepius haec memorantur. Plat. Hipp. maj. p. 283. a. *Steph.* καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. *Heindorf.* ad h. l. p. 127. Plutarch. Pericl. T. I. p. 403. ed. *Hutten.* καὶ τὴν οἰκίαν ἐκεῖνος ἐξέλιπε καὶ τὴν χώραν ἀφῆκεν ἀργὴν καὶ μηλόβοτον ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ μεγαλοφροσύνης. Philo de vit. contempl. p. 473. Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον Ἕλληνες ᾄδουσιν, ὅτι φιλοσοφίας ἱμέρῳ πληχθέντες μηλοβότους εἴασαν γενέσθαι τὰς οὐσίας.

Himer. eclog. III, §. 18. p. 84. ed. *Wernsdorf.* οἱ τούτων ἑκόντες ἀπέστησαν, ἵνα πάσης ἑαυτοὺς τῆς ἔξωθεν ἀσχολίας ἐλευθερώσαντες, τὸν ἀθάνατον τῆς ἀρετῆς πλοῦτον ἀλλάξωνται. Ἀναξαγόρας γῆν ἀνῆκε τὴν ἑαυτοῦ πᾶσαν μηλόβοτον κ. τ. λ. Phot. biblioth. p. 1018. ed. *Hoeschel.* Cic. Tusc. Quaest. V, 39. „qui ita se res haberet, Anaxagoras aut hic ipse Democritus agros et patrimonia sua reliquissent?" Philostrat. vit. Apollon. Tyanens. p. 16. d. ed. *Morell.* Suid. s. v. *Ἀναξαγόρας*· οὗτος Κλαζομένιος ὢν, ἀγέλαις τε καὶ καμήλοις [1]) τὰ ἑαυτοῦ ἀνῆκε, qui locus iisdem verbis repetitur in Cedren. chronic. p. 130. Liban. orat 8. T. II, p. 234. ed. *Morell.* (de Juliano loquitur) ἀλλ' ἐπαινῶν Ἀναξαγόρου τὸ τὴν μὲν πατρῴαν γῆν ἄσπορον ἀφεῖναι· τὴν ψυχὴν δὲ εἰς καρποὺς παρασκευάσαι, τὴν μὲν ἠμέλει, τὴν δὲ ἐθεράπευε. Hinc commendatur ejus exemplo βίος θεωρητικὸς a Maxim. Tyr. I, 22, p. 418. ed. *Reiske.* αὐτῷ ἡ μὲν γῆ μηλόβοτος, ἡ δὲ ἑστία ἄοικος κ. τ. λ. In qua quidem re cernitur ista negligentia, cujus a suis insimulabatur, Diog. Laërt. l. c. Unde notum quoque est facetum illud Apollonii Tyanensis (vid. Philostrat., Suid. et Cedren. ll. cc.), Anaxagoram magis in ovium, quam in hominum gratiam et commodum philosophatum esse dicentis, προβάτοις μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι.

Omnibus igitur rebus, quae vulgo magni censentur, posthabitis et relictis, Clazomenius content-

---

1) leg. καὶ μήλοις, vid. *Casaubon.* ad Diog. Laërt. II, 6. in ed. *Meibomii*, p. 83.

Democritus, Anaxagoras, e regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt? quae vita, propter tranquillitatem et propter ipsius scientiae suavitatem, qua nihil est hominibus jucundius, plures, quam utile fuit rebus publicis, delectavit." Apposite huc trahi possunt pulcherrima Euripidis verba (admodum similia iis, quae Virgil. Georgic. II, 490. ss. profert), servata in Clem. Alexandr. strom. IV, p. 634, emendata a *Valckenario* in diatrib. d. Euripid. perdit. dram. reliqu. p. 26, qui ipse haec ex Anaxagorae mente dicta esse censet:

ὄλβιος ὅστις
τῆς ἱστορίας ἔσχε μάθησιν,
μήτε πολιτῶν ἐπὶ πημοσύνας,
μήτ' εἰς ἀδίκους πράξεις ὁρμῶν·
ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
κόσμον ἀγήρω, πῇ τε συνέστη,
τοῖς γε τοιούτοις οὐδέποτ' αἰσχρῶν
ἔργων μελέτημα προσίζει.

Quamobrem ille etiam reprehensus est, siquidem tantum coelestia curavit, rerum vero humanarum nullam habuit rationem. Vid. Aristot. Eudem. V, 7: Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν καὶ τοὺς τοιούτους σοφοὺς μὲν, φρονίμους δ' οὔ, φασὶν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέρονθ' αὑτοῖς· καὶ περιττὰ μὲν, καὶ θαυμαστὰ, καὶ χαλεπὰ καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν, ἄχρηστα δ', ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἐστὶ βουλεύεσθαι. Eadem inveniuntur in Aristot. Ethic. ad Nicomach. VI, 7.

Quod ad siderum observationem attinet, notatu dignus est locus Philostrat. vit. Apollon. Tyanens.

p. 60. a. ed. *Morell.* ἀκούων τὸν μὲν Κλαζομένιον Ἀναξαγόραν ἀπὸ τοῦ κλιτὰ Ἰώνων Μίμαντος ἐπισκέφθαι τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ. Mimas autem, mons altissimus, non longe aberat a Clazomenis. Jam Homerus illius mentionem facit, Od. III, 172. παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα.

Anaxagoram itinera fecisse elucet ex Valer. Maxim. VIII, 7, 6: „quali porro studio Anaxagoram flagrasse credimus? qui cum e diutina peregrinatione patriam repetiisset, possessionesque desertas vidisset, non essem, inquit, salvus, nisi istae periissent.[1]) Vocem petitae sapientiae compotem. Nam si praediorum potius, quam ingenii culturae vacasset, dominus rei familiaris intra Penates mansisset, nec tantus Anaxagoras ad eos rediisset." Quodsi haec atque talia pro incertis habenda sunt, nihil tamen impedit, quo minus eum in alias regiones profectum esse existimemus, siquidem itineribus, quae a plerisque veterum philosophorum suscepta esse scimus, cognitionem augere poterat. Cf. *Hemsen*, p. 13.

Nullo autem modo vera esse potest narratio Diog. Laërt. II, 10. ἰδὼν τὸν Μαυσώλου τάφον, ἔφη, Τάφος πολυτελὴς λελιθωμένης ἐστὶν οὐσίας εἴδωλον. Mausoleum exstructum est Ol. CVII; Anaxagoram vero jam Olymp. LXXXVIII. mortuum esse, constat. Hoc jam animadverterunt *Pearson.* d. epist.

1) Cf. *Carus* d. Anax. cosmoth. font. p. 715. in libro: Ideen zur Gesch. d. Philos. Unice vera explicatio hujus loci est: amittendis istis possessionibus factum est, ut totum me philosophiae dare possem et hoc modo salvus fierem.

Ignat. p. 9. (Vindic. Ignat. p. 345.) *Cuper.* apotheos. Homer. p. 236. *Menag.* ad Diog. Laërt. l. c. *Heinius*, p. 251. ss. *Meiners*, I, p. 724. Nec inter recentiores ulla hac de re est dubitatio.

Ammian. Marcellin. XXII, 16. Theodoret. graec. affect. cur. disp. 2. V. IV, p. 733. ed. *Schulz*. Cedren. chronic. p. 77. Anaxagoram ad Aegyptios profectum esse dicunt, ut alios celeberrimorum philosophorum Graecorum. Assentitur *Valckenar.* diatr. p. 54. quamvis nimis testimonio Procop. ad Reg. III, p. 185. rem dubitanter proposuit. Equidem haec vix vera esse putaverim. Ubi enim apud alios, eosque antiquiores scriptores hujus rei mentionem factam esse invenies? Talia sunt seriorum commenta, qui ubi aliquem caeterorum ingenia superasse viderent, statim omnia praeclara ab aliorum, inprimis Aegyptiorum sapientia repetere solebant, etiamsi hac ratione nihil omnino effici posse, abunde intelligitur. [1]) Similiter Josephus Graecos philosophos in doctrina de Deo Mosen ducem habuisse arbitratur: in quorum numero recensendo etiam Anaxagoram affert. καὶ γὰρ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ μετ᾽ ἐκείνους ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες οὕτω φαίνονται περὶ τῆς τοῦ θεοῦ φύσεως πεφρονηκότες. Joseph. contr. Apion. T. II. p. 482. ed. *Havercamp.* Eadem iterum ex Josepho repetit Euseb. praep. evang. VIII, 8. p. 362. Recen-

1) cf. *Meiners* hist. doctr. d. v. D. p. 59. *Carus* de Anax. cosmoth. font. p. 746. *Hemsen.* p. 12. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 203. 204.

tiores fere omnes consentiunt, has narrationes fictas esse. Cf. *Bayle* s. v. Anaxagoras. *Carus* d. cosmoth. Anaxag. font. p. 37. *Meiners* hist. d. ver. D. p. 59. *Hemsen*, p. 11. 12.

Anaxagoram Athenas profectum esse, ibique diu habitasse, inter omnes constat. Nec erat tunc temporis urbs Graeciae, quam praeferre potuisset illi humanitatis parenti, quae, ut Cicero dicit, domus semper est habita doctrinae. Etenim post victoriam de Persis reportatam pollebat haec civitas auctoritate, opibus, divitiis: magna erat mercatura: viri sapientissimi et celeberrimi ibi floruere, et bello et pace insignes. Bene haec exposuit *Meiners*, I, p. 665.

Jam vero quaeritur, quonam anno Athenas venerit, et magnae difficultates oriuntur ex loco quodam Diog. Laërt. II, 7. ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ· ἔνθα καί φασιν αὐτὸν ἐτῶν διατρίψαι τριάκοντα. Sed eo anno, ubi Ξέρξου διάβασις erat, Athenis non Calliam, sed Calliadem archontem fuisse, demonstratum est a *Meurs.* d. Archont. Athen. II, 8.[1] (quamquam plures Calliae fuerunt, ut ipse *Meurs.* Attic. lect. IV, 15. docet), qui igitur Calliadem h. l. in textu reponi jubet. Quid autem inde lucramur? Quis est, qui Anaxagoram vigesimo aetatis suae anno Athenas profectum esse putet, quum Xerxes illi urbi excidium minaretur? Vid. de hac re *Heinius*,

---

1) uberius haec exposuit *Hemsen*, p. 15.

p. 247. *Meiners*, I, p. 724. *Hemsen*, p. 47. [1]) Huc accedit, quod haec ratio cum ipso Diogene pugnat, quippe qui Anaxagoram septuaginta duos annos vixisse refert, id quod Suidae etiam testimonio probari potest. Post damnationem autem non diu vixit: sequeretur ergo, Anaxagoram quinquagesimo anno exacto diem obiisse supremum. Quae quum ita sese habeant, equidem aliter hanc rem expediendam esse arbitror. Pro ἐτῶν εἴκοσιν ὤν legendum est ἐτῶν τεσσαράκοντα ὤν, quod non temere fieri patet, si literis ad exprimendum numerum haec scripta esse putamus [2]) κ' (εἴκοσι) pro μ' (τεσσαράκοντα), quae quidem literae saepius a librariis commutatae sunt: cujus commutationis haud pauca exempla dabunt intpp. ad Gregor. Corinth. p. 146. 405. 721. 825. ed. *Schäfer*. Venit igitur Anaxagoras Callia archonte Ol. LXXXI, 1, quadragesimo quinto aetatis suae anno Athenas: pro quo Diogenem Laërtium generatim loquentem substituisse annum quadragesimum nemini mirum videri poterit.

Athenis sub Callia coepit docere philosophiam [3]). Non omnes admisit in disciplinam suam, siquidem

1) *Wolf.* prolegg. in Homer. p. 69. sequitur lectionem vulgarem.

2) hoc jam suspicatus est *Heinius*, p. 250. quamquam rem nondum ad liquidum perduxit, nec quomodo locus sanari posset, accuratius demonstravit.

3) sic intelligenda sunt verba: ἤρξατο φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν, Diog. Laërt. II, 7. Nam jam ante philosophiae operam dederat, cum adhuc Clazomenis versaretur.

omnino caute versatus esse videtur, ne imperitorum vel ἐξωτερικῶν (ut hoc vocabulo uti liceat) calumniis detrimentum caperet, atque in eorum vituperationem adduceretur, qui religionem philosophia ipsius tolli putarent, quod re vera libro scripto et edito denique factum esse videbimus. Vid. Plutarch. Nic. p. 538. ed. Francof. Ἀναξαγόρας οὔτ' αὐτὸς ἦν παλαιὸς, οὔτε ὁ λόγος ἔνδοξος, ἀλλ' ἀπόῤῥητος ἔτι, καὶ δι' ὀλίγων καὶ μετ' εὐλαβείας τινὸς ἢ πίστεως βαδίζων. Hinc factum est, ut *Democritum* in familiarium numerum non admitteret. Diog. Laërt. IX. 34. ὕστερον δὲ Λευκίππῳ παρέβαλε, καὶ Ἀ ν α ξ α γ ό ρ ᾳ κ α τ ά τ ι ν α ς, ἔτεσιν ὢν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου, ὡς οὐκ εἴησαν αὐτοῦ αἱ δόξαι, αἵ τε περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλὰ ἀρχαῖαι· τὸν δὲ ὑφῃρῆσθαι [1]). Διασύρειν τε αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς διακοσμήσεως καὶ τοῦ νοῦ, ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτὸν, ὅ τ ι δ ὴ μ ὴ π ρ ο σ ή κ α τ ο α ὐ τ ό ν. Cf. II, 14. ἔδοξε δέ πως καὶ Δημοκρίτῳ ἀπεχθῶς ἐσχηκέναι, ἀποτυχὼν τῆς πρὸς αὐτὸν κοινολογίας (sc. ὁ Ἀναξαγόρας) [2]). Moratus est Democritus aliquam-

1) Sensus hujus loci: Anaxagoras non fuit primus, qui haec protulit: intellige priores Ionicos, fortasse Diogenem Apolloniaten, qui de sole et luna similia habet. De Hermotimo non cogitaverim, siquidem de physicis nihil constat, quod Anaxagoras ab ipso hausisse videri possit.

2) Vid. *Menagium* ad utrumque locum. In posteriori mendum esse suspicor, quoniam Anaxagoras dicitur ἀποτυχὼν τῆς κοινολογίας πρὸς Δημόκριτον, quum hoc potius Democrito conveniat, quem juniorem

diu Athenis, ut patet ex Valer. Maxim. VIII, 7. quamquam alii propter multa itinera, quae Democritus confecisse dicitur, hoc negant, vid. *Heinius*, p. 253. Hinc verisimile est, eum Anaxagorae institutione usum esse. Non diu autem familiariter cum illo versatus est, quandoquidem utriusque indoles admodum fuit diversa. Anaxagoras fuit ἀγέλαστος, Aelian. Var. Histor. VIII, 13. Democritus contra

perpetuo risu pulmonem agitare solebat.

Vid. *Perizon.* ad Aelian. l. c. *Valckenar.* diatrib. p. 25. qui Periclem et Euripidem pariter ἀγελάστους fuisse refert. Conf. Plut. Pericl. 6. ed. *Hutten*, T. I, p. 384. *Hemsen*, p. 23. 24. Quamobrem Democritus κατά τινας audivit Anaxagoram, mox vero ab eo rejectus, inimicus factus est illius. Tamen laudat Anaxagoram Democritus apud Sext. Empir. adv. Mathemat. VII, 140. Cf. *Carus* d. font. Anax. cosmotheol. p. 695.

Inter familiares et discipulos Anaxagorae praecipuo loco ponamus necesse est *Periclem*, cujus consilio et auctoritate liberatus est, cum jam mortis eum damnare vellent Athenienses. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· Περικλέους δὲ αὐτῷ συνειπόντος. Ipse Pericles coram judicibus se discipulum illius profitetur, Diog. Laërt. II, 13. καὶ μὴν ἐγὼ, ἔφη, τούτου μαθητής εἰμι. Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. Diod. Sicul. XII, 39. Tom. I, p. 503. ed. *Wesseling.*

Anaxagoras inter suos recipere noluit. Possunt tamen haec verba ita quoque explicari: non adeptus est assensum Democriti, quem tamen ab ipso illo postulavit.

Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστὴν διδάσκαλον ὄντα Περικλέους. Plutarch. Pericl. 4. p. 383 ss. T. I. ed. *Hutten.* *ὁ δὲ πλεῖστα Περικλεῖ συγγενόμενος, καὶ μάλιστα περιθεὶς ὄγκον αὐτῷ, καὶ φρόνημα δημαγωγίας ἐμβριθέστερον, ὅλως τε μετεωρίσας καὶ συνεξάρας τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους, Ἀναξαγόρας ἦν ὁ Κλαζομένιος, ὃν οἱ τότ' ἄνθρωποι Νοῦν προςηγόρευον, εἴτε τὴν σύνεσιν αὐτοῦ μεγάλην εἰς φυσιολογίαν καὶ περιττὴν διαφανεῖσαν θαυμάσαντες, εἴθ' ὅτι τοῖς ὅλοις πρῶτος οὐ τύχην, οὐδ' ἀνάγκην, διακοσμήσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον, ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας.* 5. *Τοῦτον ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα θαυμάσας ὁ Περικλῆς, καὶ τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον, ὡς ἔοικε, τὸ φρόνημα σοβαρὸν, καὶ τὸν λόγον, ὑψηλὸν εἶχε καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, ἀλλὰ καὶ προςώπου σύστασις ἄθρυπτος εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότης πορείας καὶ καταστολὴ περιβολῆς πρὸς οὐδὲν ἐκταραττομένη, πάθος ἐν τῷ λέγειν καὶ πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον, καὶ ὅσα τοιαῦτα πάντας θαυμαστῶς ἐξέπληττε.* — 6. *Οὐ μόνον δὲ ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου συνουσίας ἀπέλαυσε Περικλῆς, ἀλλὰ καὶ δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερος, ὅση πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ἐργάζεται τοῖς αὐτῶν τε τούτων τὰς αἰτίας ἀγνοοῦσι, καὶ περὶ τὰ θεῖα δαιμονῶσι καὶ ταραττομένοις δι' ἀπειρίαν αὐτῶν· ἣν ὁ φυσικὸς λόγος ἀπαλλάττων, ἀντὶ τῆς φοβερᾶς καὶ φλεγμαινούσης δεισιδαιμονίας, τὴν ἀσφαλῆ μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν εὐσέβειαν ἐνεργάζεται.* Plat. epp. 2. p. 311. a. Steph. *Περικλέα καὶ*

'Ἀναξαγόραν (sc. una solent commendare, ut familiares). Olympiodor. schol. in Aristot. Meteor. p. 5. a. ἀκροατὴς γὰρ ὢν ἔτυχεν ὁ Περικλῆς τοῦ 'Ἀναξαγόρου κ. τ. λ. Quinctil. Institut. Orat. XII, 2. „Periclem — Anaxagorae physici constat auditorem fuisse.“ Plura ex ejus disciplina in suum usum convertebat Pericles, maxime ad eloquentiam. Plat. Phaedr. p. 270. a. προςπεσὼν γάρ, οἶμαι, τοιούτῳ ὄντι 'Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο 'Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόςφορον αὐτῇ. Vid. *Heindorfii* notam ad h. l. p. 327. Ael. Aristid. T. III, p. 218. (loquitur de Platonis l. c.) καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον ταῦτ' εἴρηκε περὶ τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθι εἰκότως φησί, τέλεον τὸν Περικλέα τὴν ῥητορικὴν γενέσθαι, συγγινόμενον 'Ἀναξαγόρᾳ. Fortasse respicit ad Plat. Alcib. I, p. 118. c. ed. *Steph.* λέγεταί γε ὦ Σώκρατες, οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι (Pericles) ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ Πυθοκλείδῃ καὶ 'Ἀναξαγόρᾳ. Demosth. orat. amat. p. 1414. ed. *Reiske.* τοῦτο μὲν Περικλέα, τὸν συνέσει πλεῖστον τῶν καθ' αὐτὸν διενεγκεῖν δόξαντα πάντων, ἀκούσεις πλησιάσαντα 'Ἀναξαγόρᾳ τῷ Κλαζομενίῳ, καὶ μαθητὴν ἐκείνου γενόμενον, ταύτης τῆς δυνάμεως μετασχόντα. Plut. Pericl. 16. Vol. I, p. 404. *Hutten.* appellat Anaxagoram τῆς πολιτείας σύμβουλον sc. Periclis. Himer. orat. 23, 4. p. 772. ed. *Wernsdorf.* ὦ τῶν λογάδων τῶν πανταχόθεν ἐῤῥωμένως Περικλῆς, ἀλλὰ μετ' 'Ἀναξαγόραν δημηγόρος. Themist. p. 384. ed. *Petav.*

Περικλέα δὲ — *καὶ Ἀσπασίαν, ὡς ῥήτορας τελεσιουργούς τε καὶ ὑψηλολόγους, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀναξαγόρου ἀδολεσχίας ταῦτα προςειλκύσαντο εἰς τὴν τέχνην.* Cic. Brut. 2. „Pericles, Xanthippi filius, primus adhibuit doctrinam, quae quanquam tum nulla erat dicendi, tamen ab Anaxagora physico eruditus, exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad caussas forenses popularesque facile traduxerat.“ Cic. d. Orat. III, 34. „at hunc (sc. Periclem) non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia.“

Euripides itidem in numero ejus discipulorum affertur. Diog. Laërt. II, 10. *Εὐριπίδην μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ.* Id. II, 45. *ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ οὗτος καὶ Εὐριπίδης.* *Menag.* ad ll. cc. Suid. s. v. *Εὐριπίδης· διήκουσε δὲ καὶ Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου.* Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. Diodor. Sicul. I, 7, p. 11. ed. *Wesseling*. *Εὐριπίδης μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ φυσικοῦ.* cf. I, 38, p. 46. Vitruv. praef. lib. 8. Theologum. arithmet. 9, p. 7. ed. *Ast.* Strab. XIV, p. 444. ed. *Casaubon*. *διήκουσε τούτου* — *καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητής.* Origen. c. Cels. 4. *ἀλλὰ καὶ ὁ κατά τινας σκηνικὸς φιλόσοφος, καὶ φυσιολογίας τῆς Ἀναξαγόρου γενόμενος ἀκροατής.* Gell. N. A. XV, 20. „Euripides a corporis cura ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit physici Anaxagorae.“ Alexander Aetolus apud Gell. l. c. *ὁ δὲ Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου.* Cic. Tusc. Quaest. III, 14. „Euripi-

des. fuerat enim auditor Anaxagorae." Schol. Pind. Ol. I, p. 193. T. II. ed. *Heyne*. καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητήν. Schol. Eurip. Orest. 980. cf. schol. Eurip. Hippolyt. 601. Tzetz. exeg. in Iliad. p. 41. ed. *Hermann*. Heraclid. Pontic. p. 77. ed. *Show*. τοῖς Κλαζομενίοις δόγμασιν ἑπόμενος Εὐριπίδης. Cf. Athen. II, 88. p. 289. ed. *Schweighäuser*. Clem. Alexand. Strom. V, p. 581. ed. *Sylburg*. *Hemsen*, p. 19. Hinc factum est, ut Euripides saepius proferret sententias philosophicas, et physicas et ethicas, de qua re plures viri docti egerunt. *Valckenar*. diatrib. d. Eurip. perdit. dram. reliqu. p. 25 ss. On the philosophical sentiments of Euripides, in Classical Journal. N. 28, p. 305-319. *Bouterwek* de philosophia Euripidea, in Comment. Rec. Soc. Gotting. cujus commentationis argumentum invenire licet in ephemeridibus literariis Gottingensibus, 1817. N. 167. p. 1657 ss. *Köpke* im Freymüthigen, 1820. Ian. N. 16. ss.

Periclem et Euripidem sequitur *Archelaus*. Vid. Diog. Laërt. prooem. 14. Ἀναξαγόρας, οὗ Ἀρχέλαος (sc. διήκουσεν). Id. II, 16. Ἀρχέλαος — μαθητὴς Ἀναξαγόρου. IX, 41. Ἀρχέλαον τὸν Ἀναξαγόρου μαθητήν. Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. Ἀναξαγόρου δὲ ἐγένοντο γνώριμοι τρεῖς, Ἀρχέλαος κ. τ. λ. Strab. XIV, p. 444. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. fin. Ἀρχέλαος ὁ Ἀθηναῖος, ᾧ καὶ Σωκράτη συγγεγονέναι φασὶν, Ἀναξαγόρου γενομένῳ μαθητῇ. Cic. Tusc. Quaest. V, 4. „Archelaum, Anaxagorae discipulum." Haec certa esse videntur, siquidem nihil est, quod nos hac ratione offendere possit.

Incurrimus vero in magnam difficultatem loco quodam Diogenis Laërtii, II, 16. οὗτος πρῶτος ἐκ τῆς Ἰωνίας τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν μετήγαγεν Ἀθήναζε. Hinc fortasse hausit sua Suidas s. v. Ἀρχέλαος· ἀπὸ Ἰωνίας πρῶτος τὴν φιλοσοφίαν ἤγαγεν [1]). Haec pugnant cum omnibus aliis, quae certa atque explorata jure habentur. Anaxagoras enim fuit φυσικώτατος [2]), et Clazomenis relictis Athenas, ut jam supra demonstratum est, se contulerat. Quamobrem recte de Anaxagora dicere poterat Clemens Alexandrinus strom. I, p. 301. οὗτος μετήγαγεν ἀπὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθήναζε τὴν διατριβήν· τοῦτον διαδέχεται Ἀρχέλαος. Vix vero certum quid de illo loco Diogenis pronuntiari posse putaverim. *Menagius* ad h. l. haec ex additamento, falso loco in textum inserto, manasse putat. Contra *Bayle* (s. v. Archelaus) recte hunc locum sese habere, conatur ostendere; quippe qui semper philosophiam in Ionia, Anaxagora Athenis degente, floruisse putat: tum Anaxagoram Athenis relictis, Lampsacum se contulisse, ibique philosophiam docuisse [3]), post ejus mortem Archelaum Atheniensem, discipulum ipsius, Lampsaci eandem aliquamdiu professum [4]) iterum Athenas

1) Locus aut a grammatico male excerptus, aut librariorum incuria depravatus. Quorsum enim duxit philosophiam? Supplendum est ex Laërtio: Ἀθήναζε.

2) Sext. Empiric. adv. Mathemat. VII, 90. ib. *Fabricius*.

3) Hoc certum, et infra uberius exponendum erit.

4) Testatur Euseb. praep. evang. X, 14. p. 504. ὁ δὲ Ἀρχέλαος ἐν Λαμψάκῳ διεδέξατο τὴν σχολὴν τοῦ

rediisse [5]), Socratemque ejus disciplina usum esse. Quamquam haec verba ita defendi posse, lubens largior, tamen rem ad liquidum perductum iri despero. Fortasse etiam sic explicari possunt, ut sit sensus: Archelaus fuit primus Atheniensis, qui philosophiae totum se daret et hoc modo philosophiam ex Ionia (nam Ionica secta inde ab illo tempore cessavit) Athenas traduceret. Cf. ad h. l. *Carus* Ideen zur Gesch. d. Philos. p. 483. Verum non multum tribuo huic interpretationi. Omnino incerta maximam partem et dubia sunt, quae de Archelao nobis tradita sunt. Vid. *Meiners* I, p. 740. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 301.

Porro hoc loco *Socratis* mentionem faciamus necesse est, qui nonnullis locis appellatur discipulus Anaxagorae. Euseb. praep. evang. XV, 16. p. 855. *χαίρειν αὐτὸν* (Socratem dicit) *εἰπόντα τῇ Ἀναξαγόρου καὶ Ἀρχελάου φυσιολογίᾳ κ. τ. λ.* quamquam omnino de doctrina Anaxagorae, vel de physicis haec verba accipi possunt. Ael. Aristid. T. III, p. 540. *λέγεταί τοι ὁ Σωκράτης οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ Πυθοκλείδῃ καὶ Ἀναξαγόρᾳ.* Diog. Laërt. II, 19. *ἀκούσας δὲ Ἀναξαγόρου κατά τινας, ἀλλὰ Ἀναξαγόρου.* Id. XIV, 15. p. 753. *ἦν δὲ Ἀναξαγόρου μὲν διάδοχος τῆς διατριβῆς ὁμοῦ καὶ τῆς δόξης Ἀρχέλαος. Ἀρχελάου δὲ ἀκουστὴς γεγονέναι λέγεται ὁ Σωκράτης.*

5) Hoc non sequitur ex loco Eusebii modo citato, quo utitur *Baylius*.

καὶ Δάμωνος, *ὡς Ἀλέξανδρος*[1] *ἐν διαδοχαῖς*, *μετὰ τὴν ἐκείνου καταδίκην διήκουσεν Ἀρχελάου τοῦ φυσικοῦ*. Id. II, 45. *ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ οὗτος, καὶ Εὐριπίδης*. Suid. s. v. *Σωκράτης· εἶτα φιλοσοφήσας διὰ τὸ ἀκοῦσαι Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου, εἶτα Δάμωνος, εἶτα Ἀρχελάου*. *Baylius* (s. v. Archelaus) hoc non verum esse putat, quandoquidem Socrates Anaxagoram vehementer vituperat[2], in hac vituperatione autem ad scripta tantummodo Anaxagorae respicere videtur, denique propterea quod inimici Socratis hanc familiaritatem, quam cum Anaxagora, impietatis adversus Deos accusato, contraxisset, ipsi illi crimini versuri fuissent. Assentiuntur *Baylio Meiners* Gesch. d. W. I, p. 724. *Buhle* Gesch. d. Philos. I, p. 209. *Harles.* ad *Fabric.* Biblioth. Gr. II, p. 646. *Hemsen* p. 24. 25. *Tennemannus* (Gesch. d. Philos. II, p. 36.) Socratem scripta Anaxagorae legisse censet: *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 204. valde dubitat de veritate hujus narrationis. Ex omnibus hisce breviter a me allatis nihil sequitur: saltem ex Platonis illo loco nihil ejusmodi extricari posse putaverim. Veteres quidem ipsi haud certi erant de hac re[3]; sed *Meiners* (Gesch. d. Wiss. I, p. 725.) et *Baylius* miran-

---

1) Cujus non est spernenda auctoritas. Est enim notissimus ille Alexander Polyhistor, de quo docte egit *G. Vossius* d. histor. graec. p. 144. Cf. *Jonsius* d. scriptor. hist. philos. II, 16, 1.

2) Respicit *Baylius* ad notissimum Platonis locum, Phaed. p. 98. b. p. 183. ed. *Heindorf.*

3) *κατά τινας*, apud Diogen. Laërt. II, 19.

dum esse concedunt, nec commode explicari posse, quomodo factum sit, ut Socrates cum Anaxagora, qui per longam annorum seriem Athenis commorabatur, non versatus sit. Vid. *Heinium*, p. 259. qui, quid ipse censeat, haud aperte prodit. Quae quum ita sint, equidem Socratem cum Anaxagora versatum esse, arbitror. Fuit enim a physicis haud alienus; fuit ejus mos, ut ad omnes, quin etiam ad sophistas accederet, cum iis disputaret, veritatem eliceret, vel ipse suam cognitionem in utramque partem disserendo augeret: de qua quidem re uberius exponere longum est. Hinc etiam factum est, ut Aristophanes in Nubibus sub Socratis persona physicos et sophistas perstringeret. Hoc vero incertum relinquitur, fueritne Socrates Anaxagorae discipulus sensu proprio, nec ne? Proni enim sunt seriores ad talia excogitanda, ut supra vidimus, cum de Anaximene sermo esset, quem nonnulli Anaxagorae magistrum fuisse perhibent [1].

Simili ratione Socrates Archelai familiaritate usus esse mihi videtur. Locis supra jam allatis adde Augustin. d. Civ. Dei. VIII, 2. Orig. philos. 9. Paucis tantummodo attingam hanc rem, a fine hujus disquisitionis paullulum remotiorem, tamen hoc loco exponendam, quum inde nonnulla ad Anaxagorae vitam spectantia pendeant. Anaxagoras scilicet cum damnatus esset, Lampsacum se contulit, ibique brevi mortuus est, ut infra videbimus: cujus scho-

1) Vid. *Schleiermacher* über Anaximandros, p. 114. quem locum jam supra p. 5. adscripsi.

lam suscipit Archelaus, mox relinquit, Athenas profectus docet philosophiam et Socratem in numero discipulorum habuit. Socrates natus erat a. 468. a. Chr. n., triginta duobus annis natu minor, quam Anaxagoras, ita ut cum hic moreretur Ol. LXXXVIII, 1, s. 428. a. Chr. n. annum quadragesimum aetatis suae ageret. Num Socratem tam provectum aetate Archelai adhuc disciplina usum esse arbitremur? Sic plures viri docti de hac re egerunt, praecipue *Baylius* [1]). Verum ex Eusebio (praep. evang. XIV, 15. p. 753. ἦν δὲ Ἀναξαγόρου μὲν διάδοχος τῆς τε διατριβῆς ὁμοῦ καὶ τῆς δόξης Ἀρχέλαος. Ἀρχελάου δὲ ἀκουστὴς γεγονέναι λέγεται Σωκράτης) non sequitur, Archelaum Lampsaco relicto iterum Athenas se contulisse: audivit Socrates Archelaum post damnationem Anaxagorae, Diog. Laërt. II, 19. μετὰ ἐκείνου καταδίκην. Anaxagoras damnatus est Ol. LXXXVII, 2. a. 431. a. Chr. n. cum Socrates annum trigesimum septimum ageret. Quid vero est, quod nos impediat, quo minus Socratem etiam hac aetate Archelai familiaritate usum saepiusque cum eo collocutum esse statuamus? Fortasse etiam antea cum illo versatus est, ut supra cum Anaxagora eum versatum esse dixi. Hac ra-

1) *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 301. „Sehr unwahrscheinlich ist die Sage, dass Sokrates sein Schüler gewesen, denn in diesem Falle würden ihn wohl Platon und Aristoteles nicht mit Stillschweigen übergangen haben; auch spricht Simplikios vorsichtig nur von einem Umgange des Sokrates mit ihm." Cf. Simplic. in Aristot. phys. p. 6. b.

tione corruunt commenta *Baylii*, quae ex veteribus nullo modo demonstrari possunt. Ille enim Anaxagoram bis accusatum, bis expulsum, bis Athenas venisse suspicatur: primum expulsum esse auctore Thucydide, tum revocatum a Pericle, qui Thucydidem e civitate ejecerat, dein libro περὶ φύσεως edito τῆς ἀσεβείας accusatum Lampsacum se contulisse [1]).

A Diogene Laërtio refertur etiam *Empedocles* inter discipulos Anaxagorae, vid. VIII, 56. τὸν δὲ Ἀναξαγόρου διακοῦσαι, καὶ Πυθαγόρου· καὶ τοῦ μὲν τὴν σεμνότητα ζηλῶσαι τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος, τοῦ δὲ τὴν φυσιολογίαν. Auctor hujus narrationis est Ἀλκιδάμας ἐν τῷ φυσικῷ. Fuit Empedocles paullo junior, quam Anaxagoras, floruit circa Olympiadem octogesimam quartam, Diog. Laërt. VIII, 74. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὼς, ita ut chronologia non pugnet cum hac ratione. *Fazell.* d. reb. Sicul. decad. 1. VI, 1, p. 134. hoc verum esse censet, propterea quod ejus de rerum natura placita admodum cum Anaxagorae opinionibus congruant.

---

1) Similiter censet *Heumannus* in Act. philos. III, p. 195. Anaxagoram anno vicesimo aetatis Athenas literarum discendarum caussa venisse, dein Miletum abiisse, ut Anaximenem audiret, denique literarum docendarum caussa Athenas rediisse, ibique triginta annos commoratum esse. Ita etiam statuit *Brucker.* Histor. crit. philos. I, p. 499. Contra hanc sententiam vid. *Heinius* p. 248. *Hemsen*, p. 47. Nullo enim modo haec ex veterum scriptis ostendi possunt.

In singulis explicandis eos saepius convenire concedo; in principiis vero discrepant, etsi jure quodammodo juncti (ut ἓν καὶ πολλὰ λέγοντες) opponuntur iis philosophis, qui ut Heraclitus omnia per ἀλλοίωσιν, non per διάκρισιν fieri putabant, vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 33. a. Serius autem Anaxagoras scripta edidit, quod elucet ex Aristot. Metaph. I, 3. Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος ὢν τούτου, τοῖς δ' ἔργοις ὕστερος. Veruntamen de familiaritate illa, quae inter utrumque intercessisse dicitur, nihil certi statui posse videbitur, inprimis cum accuratiores loci apud veteres omnino desint. Vid. *Sturz.* ad Empedocl. I, p. 18. *Hemsen*, p. 20.

Jam sequitur *Thucydides*, qui discipulus Anaxagorae fuisse fertur, Marcellin. vit. Thucyd. p. 4. ed. *Duker.* ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις. Notatu dignum est, quod l. c. additur: ὅθεν, φησὶν Ἄντυλλος, καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς. Quamquam haec apud veteres alibi non memorantur (vid. *Poppo* in ed. Thucyd. Vol. I, p. 321.), tamen non rejicienda esse censeo, siquidem nihil obstat, et parum habent momenti Tzetzae [1]) aliquot versiculi in codice Palatino:

Καὶ σὺ δὲ Μαρκελλῖνε τὰ ψευδῆ γράφεις.
Ἀναξαγόραν Εὐριπίδου διδάσκαλον
Ὄντα παλαιὸν πῶς λέγεις Θουκυδίδου;
Ὁ τοῦ Ξύλου παῖς προχρονώτερος τοῦδε.

---

1) Cf. *Poppo* l. c.

Οὗ συγγράφοντος παῖς τελῶν Θουκυδίδης
Ἀκηκοὼς ἔκλαυσε τῶν συγγραμμάτων·
Οὗ δ' ὁ Ἡρόδοτός φησι πατρὶ τούτου τάδε,
Ἔνθεν, Ὄλουρε, παῖς ὁ σὸς ψυχὴν ἔχει.
Οὗτος χρόνοις δ' ἦν ὕστερον Εὐριπίδου·
Εὐριπίδης δὲ Ξερξικοῖς ἦν ἐν χρόνοις.
Εὐριπίδου πρῶτος δὲ πῶς Θουκυδίδης,
Ἔτι τελῶν παῖς συγγραφαῖς ταῖς Ἡροδότου
Καθυστερρούσαις τῶν χρόνων Εὐριπίδου.

Thucydides fuit primus inter historicos graecos, qui cum accuratiori rerum observatione subtile judicium conjungeret, ita ut quemadmodum Anaxagoram in rerum causas cognoscendas admirando rationis acumine penetrasse videmus, sic illum animorum altos recessus perspexisse, simulationum involucra detexisse, rerumque causas et eventus acute intellexisse, manifestum sit. Quam ejus rationem etsi in propria ipsius indole positam fuisse lubenter profiteor, magnopere Anaxagorae disciplina eam adjutam esse, negari non poterit. Hinc factum est, ut uterque pro atheo haberetur, quippe quorum alter in hanc suspicionem incideret propterea quod Solem non Deum, sed *μύδρον διάπυρον* appellaverat, eaque quae in monstro quodam mira videbantur, a physicis causis derivabat [1]), alter tum familiaritate cum illo conjunctus, tum vel maxime eo insignis, quod in historia conscribenda non ut ante eum facere solebant, quae narranda erant, inprimis ora-

---

1) Haec infra de Anaxagora exponentur, et locis veterum confirmabuntur.

cula a Deorum numine repeteret, verum in causas rerum accuratius inquireret. Hac in re maxima cernitur diversitas inter Herodotum et Thucydidem, siquidem ille haec omnia ad Deos pie religioseque revocare solet. Cf. *Creuzer* über d. histor. Kunst d. Gr. p. 285. Id. Herodot und Thucydides, p. 99. ubi nonnullis exemplis haec diversitas illustratur.

Themistocles a Stesimbroto [1]) apud Plutarch. Themistocl. ed. *Reiske*, Vol. I, p. 440. Anaxagorae discipulus fuisse dicitur. Plutarchus nonnulla profert contra hanc narrationem. Erat enim Themistocles aetate superior, et revera discipulis proprie dictis adnumerari non potest. Ostracismo Athenis pulsus Ol. LXXVII, 2. Ephesum profectus est: quo tempore Anaxagoras circiter triginta annos natus fuit. Hinc verisimile esse videtur, Themistoclem in exilio familiarem factum esse Anaxagorae, siquidem Ephesus a Clazomenis non longe aberat. Sic hanc rem expediendam esse jam censuerunt *Heinius*, p. 259. *Harles.* ad *Fabric.* Bibl. Gr. II, p. 646. Aliter *Bentlejus* in Opusc. philolog. p. 304. ed. Lips. „Anaxagoras potuit cognitus esse Themistocli; nam natus fuit Ol. 70, 1. ut Apollodorus et Demetrius Phalereus apud Diogenem Laërtium, auctor uterque bonus, testantur; et ad philosophiam animum applicuit Athenis vicenarius, Ol. 75, 1. Calliae magistratu, ipso anno expeditionis Xerxis, quum tanta ad Themistoclem gloria pervenit, et novennio

1) De Stesimbroto vid. *Jonsius* d. script. hist. philos. I, 4, 5. *G. Vossius* d. histor. Gr. p. 445.

ante ejus exilium. Iidem auctores sunt, Anaxagoram triginta annos docuisse Athenis, ut novem omnino anni suppetierint ei ad colendam cum Themistocle amicitiam." Quid de hac re statuendum sit, patet ex supra disputatis.

Ad discipulos Anaxagorae, vel saltem ad eos, quibuscum arctiori familiaritatis vinculo junctus erat, porro referri debet *Metrodorus Lampsacenus*, qui et physica complexus, et in Homero allegorice interpretando Clazomenium secutus est, quod elucet ex Phavorino apud Diog. Laërt. II, 11. δοκεῖ δὲ πρῶτος, (καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης. ἐπὶ πλεῖον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνὸν, γνώριμον ὄντα αὐτοῦ, ὃν καὶ πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν πραγματείαν. Vid. *Menagium* ad h. l. Cf. Tatian. adv. Graec. 37. p. 80. et 48. p. 98. ib. intpp. *Nitzsch.* ad Plat. Ion. p. 25. Lampsaci aliquamdiu moratus est, unde cognomen traxit. Ibi sine dubio Anaxagoram audivit; vid. *Jonsius* d. scriptt. hist. philos. I, 2, 6. I, 20, 5.

Pariter *Aesopus Tragicus* vocatur discipulus Anaxagorae, vid. Front. p. 87. ed. *Niebuhr*.

Interdum mentionem factam esse videmus *Anaxagoreorum*. Plat. Cratyl. p. 409. a. (ed. *Heindorf*. p. 86.) οἱ Ἀναξαγόρειοι. Syncell. chronic. p. 149. οἱ Ἀναξαγόρειοι. His Polus sophista adnumerandus esse videtur. Schol. in Platon. Gorg. a *Bekkero* ed. p. 345. Ἀναξαγόρειος γὰρ ἦν τῇ προαιρέσει ὁ Πῶλος. Sic Plut. plac. philos. IV, 3. οἱ δ'

ἀπ' Ἀναξαγόρου. Aristot. Gen. et Corr. I, 1. Meteor. I, 8. Plut. plac. philos. I, 17. Sext. Empir. adv. Mathem. X, 318. Simplic. in Aristot. d. Coel. p. 128. a. b. in phys. Aristot. p. 10. a. 36. a. 104. a. 121. b. 151. b. 245. a. Solennis haec esse videtur circumscriptio nominis Anaxagorae, quae inprimis apud seriores scriptores invenitur. Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 700.

Jam vero jure quodam ex me quaeri posse videtur, cur in recensendis Anaxagorae discipulis *Diogenem Apolloniaten* non attulerim. *Meiners* Gesch. d. Wiss. I, p. 740. et *Buhle* Gesch. d. Philos. I, p. 206. hunc virum Anaxagorae disciplina usum esse contendunt. Equidem vero nullum locum apud veteres inveni, in quo diserte hujus rei mentio fiat. Jam supra (p. 6.) inter Anaximenem et Anaxagoram Diogenem ponendum esse dixi secutus celeberrimum *Schleiermacherum*, qui ipsam Diogenis doctrinam non cohaerere ostendit cum Anaxagorae, verum potius cum Anaximenis placitis [1]): qua qui-

1) Abhandl. d. philos. Klasse d. Kön. Preuss. Akad. d. Wissensch. 1804—11. Berlin 1815. Vid. inprimis p. 94. De aetate Diogenis cf. Stob. eclog. phys. I, 25, 1. T. II, p. 508. ed. *Heeren.* Vixit adhuc, si locus est sanus eo tempore, cum lapis apud Aegos flumen decideret, h. e. 469. a. Chr. n. Simplic. ad phys. Aristot. p. 6. a. Diogenem appellat σχεδὸν νεώτατον (sc. τῶν φυσικῶν) et κατὰ Ἀναξαγόραν eum scripsisse refert. Quam sententiam sequi videtur Sidon. Apollinar. XV, 89. vid. *Bayle*, s. v. Archelaus. Cf. praeterea *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 40 ss.

dem re refutatur *Tennemannus* [1]), qui Anaxagorae theismum vim suam exseruisse putat in Diogenis doctrinam. Vid. *Panzerbieter.* dissertat. d. Diog. Apolloniatae vita et scriptis. Meining. 1823. qui demonstravit, Diogenem Apolloniaten fuisse aequalem Anaxagorae, sed ita, ut Diogenes aetate paullo major esset, circiter 530. a. Chr. n. usque ad annum 460.

Quis vero est, qui non miretur sapientem Clazomenium, ex cujus disciplina tot tantique viri prodiere? Cogites Periclem, Euripidem, Democritum, Archelaum, Thucydidem, quibus fortasse Themistoclem, Socratem et Empedoclem adnumerare possis! Quot aliorum nomina et memoriam temporum oblivionem abolevisse arbitrabimur? Profecto haud exigua vi animi pollebat, quum ejus disciplina diversissima ingenia aleret, quorum recensum hucusque dedimus. Quamquam enim alium ad aliud studium naturae indoles impellebat, multiplicem sine dubio usum ex Anaxagorae praeceptis hausit.

Si autem quaerimus, quo modo talis ac tantus factus sit, vix singula afferri possunt, quibus hoc ostendi queat. Sunt enim, qui doctrinam suam Anaxagoram accepisse putent ab *Hermotimo Clazomenio.* Sed praeterquam quod omnia incerta sunt, quae apud veteres de hac re traduntur, ambiguus inprimis est locus Aristotelis, Metaph. I, 3. 4. quo

1) Grundr. d. Gesch. d. Philos. p. 73. In majori opere *Tennemannus* nihil de hac re dicit.

nititur illa sententia, et quem omnes sequuntur, qui Hermotimum, ut primum Anaxagoreae doctrinae auctorem commemorant. Uberius haec jam exposuit *Carus* (über die Sagen von Hermotimos, in *Fülleborn*. Beytr. z. Gesch. d. Philos. 9, p. 58 ss. quam commentationem denuo recusam invenies in auctoris Ideen zur Gesch. d. Philos. p. 330 ss.) ita ut acta egisse viderer, si pluribus eadem demonstrarem. Cf. *Hemsen*, p. 5 ss. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 209. Cogites animum ejus super terrena elatum, ut jam supra vidimus, ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ rerum cognitioni intentum, qui commoda et bona externa reliquit, infestam sortem fortiter toleravit! Hunc et tantum virum patriam, luxurie debilitatam atque tunc temporis bellis et seditioso tumultu misere vexatam, reliquisse, resque civiles omnino non curasse, non est, quod miremur. Quo magis hominum libido ipsi displicebat, quo severior erat, eo magis abhorrebat a quavis occasione, ubi talia occurrebant. Vir ejusmodi indole praeditus, vivensque eo tempore, quo universa Graecia, devictis barbaris ad altiora progressa, omnium artium ac literarum genere floruit, ubi plures viri docti rerum natura indaganda inclaruerunt, quorum vestigia prementes posteri altius evehi poterant, sine dubio eo pervenire debuit, quo Anaxagoram Clazomenium pervenisse videmus. Nec est, quod eum sua hausisse arbitremur ab Aegyptiis (*Hemsen* p. 11.), a Mose (p. 12.), a Chaldaeis (*Carus* Ideen zur Gesch. d. Philos. p. 748.), e mysteriis (id. p. 753.). Talibus non opus est ad explicandum virorum magnorum

ingenium. Bene omnino haec omnia docuit *Carus* in dissertat. d. Anaxag. cosmo - theolog. fontibus. Lips. 1797. quam etiam invenire licet in ejusd. Ideen zur Gesch. d. Philos. p. 689 ss. [1]) et in dissert. Anaxagoras und sein Zeitgeist, eine geschichtliche Zusammenstellung, in eod. libr. p. 393 ss. et in *Füllebornii* Beytr. z. Gesch. d. Philos. 10. p. 160 ss.

Physica maxime ab Anaxagora tractabantur, utpote philosopho Ionico, quorum hoc erat proprium. Quamobrem saepissime vocatur φυσικὸς, ad quod confirmandum locos excitare, longum est. Satius vero erit paucis ostendere, quanti hac in re aestimabatur. Appellatur φυσικώτατος, Sext. Empir. adv. Mathem. VII, 90. *Fabric.* ad h. l. Mirabantur ejus σύνεσιν μεγάλην εἰς φυσιολογίαν καὶ περιττὴν διαφανεῖσαν, Plut. Pericl. ed. *Hutten*, T. I, p. 384. *Κλαζομένιος ἦν ἀνὴρ ἐπιφανὴς Ἀναξαγόρας ὁ φυσικὸς*, Strab. XIV, p. 645. (p. 444. ed. *Casaubon.*) *Ἐν ταῖς τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν φιλοσοφήσασιν οὐκ ἀπεῤῥιμμένον*, Alexand. Aphrodis. in Aristot. d. fat. p. 11. „Anaxagoras, qui mentem principium esse dixit generandarum rerum, admirationi fuit hominibus, quasi solus rationem fuerit sequutus, caeteris placita sua temere tradentibus, cum hujusmodi caussam praeterirent." Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. ed. lat. p. 14. Numerabatur ab Hermippo [2]) in septemdecim sapientibus, Diog. Laërt. I, 42. Huc

1) hanc editionem semper citare soleo, cum prior non amplius veneat.

2) de quo vid. Diog. Laërt. l. c.

pertinet etiam epitaphium ejus sepulcro inscriptum [1]):

Ἐνθάδ᾽ ὁ πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας
Οὐρανίου κόσμου κεῖται Ἀναξαγόρας.

Hinc factum est, ut *Νοῦς* appellaretur, quandoquidem haud parvam nominis celebritatem nactus est doctrina sua, qua mentis vi ac voluntate mundum ortum esse contendit; neque hoc nomen ipsi inditum esse arbitror, ut irrideretur. Diog. Laërt. II, 6, *παρ᾽ ὃ καὶ νοῦς ἐπεκλήθη*. Suid. s. v. *Ἀναξαγόρας· νοῦς δὲ ἐπεκαλεῖτο*. Harpocrat. s. v. *Ἀναξαγόρας· νοῦς δὲ ἐκαλεῖτο*. Cedren. chronic. p. 130. *ὃς ἐκαλεῖτο Νοῦς*. Plut. Pericl. p. 383. ed. *Hutten*. *ὃν οἱ τότ᾽ ἄνθρωποι Νοῦν προσηγόρευον, εἴτε τὴν σύνεσιν αὐτοῦ μεγάλην εἰς φυσιολογίαν καὶ περιττὴν διαφανεῖσαν θαυμάσαντες, εἴθ᾽ ὅτι τοῖς ὅλοις πρῶτος οὐ τύχην, οὐδ᾽ ἀνάγκην, διακοσμήσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε κ. τ. λ.* Schol. in Plat. Alcib. prim. a *Bekkero* edit. p. 387. *Ἀναξαγόρας δὲ φυσικὸς φιλόσοφος, ὁ νοῦς ἐπικληθεὶς, ὅτι τοῦτον πρῶτος πάντων ἐπέστησε τῷ παντί.* Cf. *Carus* d. Anax. cosmoth. font. p. 730. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 206. Ara ipsi erat instructa, hoc nomine insignita, vid. Aelian. Var. Hist. VIII, 19. *ὅτι καὶ βωμὸς αὐτῷ ἵσταται, καὶ ἐπιγέγραπται, ὁ μὲν Νοῦ, ὁ δὲ Ἀληθείας.* Vid. intpp. ad h. l. Timon in sillis apud Diog. Laërt. II, 6, haec habet:

Καί που Ἀναξαγόραν φασ᾽ ἔμμεναι ἄλκιμον ἥρω.

---

1) cf. Aelian. Var. Histor. VIII, 19. et Diog. Laërt. II, 15. ubi legitur *ἐνθάδε πλεῖστον* pro *ἐνθάδ᾽ ὁ πλεῖστον*, quod vero a *Casaubono* correctum est.

Νοῦν, ὅτι δὴ νόος αὐτῷ, ὃς ἐξαπίνης ἐπαγείρας
Πάντα συνεσφήκωσεν ὁμοῦ τεταραγμένα πρόσθεν.

Hac ratione sustulisse etiam dicitur opinionem vulgi, ex qua multi erant Dii. Euseb. praep. evang. XIV, 16. p. 755. δεισιδαιμονίαν πολύθεον, ἣν πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξήνεγκαν. Josephus, graecorum philosophorum sapientissimos in doctrina de Deo Mosen ducem habuisse arbitrans, in eorum numero recensendo affert Anaxagoram, quippe qui mentis consilio mundum formatum esse contendit, c. Apion. T. II, p. 482. ed. *Havercamp.* καὶ γὰρ Πυθαγόρας καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πλάτων, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνους ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες οὕτω φαίνονται περὶ τῆς τοῦ θεοῦ φύσεως πεφρονηκότες.

Hinc adductus est, ut Homeri carmina interpretatione ad allegorias revocaret. Diog. Laert. II, 11. δοκεῖ δὲ πρῶτος, (καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης. Cf. quae supra p. 31. de Metrodoro Lampsaceno dicta sunt. *Menag.* ad Diog. Laert. l. c. *Bayle* s. v. Anaxagoras. *Wolf* prolegg. p. 162. *Carus* d. fontib. Anax. cosmotheol. p. 737. *Ritter*, p. 205. Syncell. chronic. p. 149. ἑρμηνεύουσι δὲ οἱ Ἀναξαγόριοι τοὺς μυθώδεις θεοὺς, νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθήναν τέχνην, ὅθεν καὶ τὸ χειρῶν ἀλλυμένων ἔρρει πολύμητις Ἀθήνη. Xenoph. Sympos. III, 3. 6. Id. apud Euseb. praep. evang. XIV, p. 744. Alexand. Aphrodis. in Aristot. d. fat. p. 11. Heraclid. Alleg. Hom. p. 76. ed. *Shaw.* ἀλλ' ὁ Κλαζομένιος Ἀναξαγόρας κατὰ διαδοχὴν γνώριμος ὢν

Θάλητος, συνέζευξε τῷ ὕδατι δεύτερον στοιχεῖον, τὴν γῆν, ἵνα ξηρῷ μιχθὲν ὑγρὸν ἐξ ἀντιπάλου φύσεως εἰς μίαν ὁμόνοιαν ἀνακραθῇ. Καὶ ταύτην δὲ τὴν ἀπόφασιν πρῶτος Ὅμηρος ἐγεώργησεν, Ἀναξαγόρᾳ σπέρματα τῆς ἐπινοίας χαρισάμενος, ἐν οἷς φησι·

ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Quamvis Heraclides hanc allegoriam non ut Anaxagoream profert, sed ut propriam, tamen adductus mihi esse videtur in hanc rationem propterea, quod Anaxagoram hoc modo carmina Homerica interpretatum esse sciverat. *Nitschius* de his rebus in praefatione ad lexicon mythologicum disputans citat *Ἀναξαγόραν περὶ Ὁμήρου*, cujus tamen libri a nullo veterum fit mentio.

Quum igitur *δεισιδαιμονίαν πολύθεον* hac ratione tolleret, omnia ad physicas causas revocaret, ipsumque Homerum aliter explicaret, impietatis adversus Deos accusatus est, de qua re deinceps uberius videndum erit. Idcirco nec Pericles ipse, nec Aspasia calumnias effugere poterant, ut *τὰ θεῖα μὴ νομίζοντες*, Plut. Pericl. 32. ed. *Hutten*, T. I, p. 420. Ad haec alludit Lucian. Timon. T. I, p. 118. ed. *Hemsterhus*. *τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν, ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲν ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς*. Hinc vituperatur Anaxagoras a nonnullis, Ael. Aristid. T. III, p. 101. ed. *Paul. Stephan.* *ὅτι εἰ Διαγόρου* [1]) *κατηγοροίη καὶ Ἀναξαγόρου καί*

---

1) Diogoras Melius vocabatur *ἄθεος*, vid. Cic. Nat. Deor. I, 23. et I, 1. ubi cf. doctissimi *Creuzeri* notam.

τινας ἄλλους — — γεγραμμένους ἀτόπους ἀνθρώπους, qui locus illustratur Plat. apolog. Socrat. 14. ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον λίθον φησὶν εἶναι, τὴν δὲ σελήνην γῆν. Ἀναξαγόρου οἴει κατηγορεῖν, ὦ φίλε Μέλιτε κ. τ. λ. vid. *Fischer.* ad h. l. Sustulit enim Deos, siquidem solem et lunam lapides esse dixit, sicque una cum Diagora ab Aelio Aristide memoratur. Liban. declam. 29. Ἀναξαγόρας ἐδέθη δικαίως sc. quia religiones vulgi spernebat. Iren. adv. haer. II, 14. „Anaxagoras autem, qui et atheus cognominatus est." Re accuratius considerata Clazomenium non sensu proprio, sed sensu Graecorum illius aevi ἄθεον nominari posse, abunde intelligitur. Patet hoc ex philosophandi indole, qua eum usum esse ostendimus, ubi de Thucydide sermo erat, quem cum Anaxagora conjunctissimum ἄθεον vocatum esse, supra allata testantur. Non enim Deos ubicunque agentes et voluntate sua quaelibet efficientes statuit, sed causas physicas indagavit, quarum vi singula exorta essent. Cf. v. c. fragm. 26. et ib. not. Plutarch. Nic. ed. *Hutten.* Vol. III, p. 391. οὐ γὰρ ἠνείχοντο τοὺς φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους, ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπρονοήτους, καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατρίβοντες τὸ θεῖον. [1])

---

1) *Carus* Anaxagoras u. s. Zeitgeist, p. 432 ss. Id. p. 437. „man hält sich mithin nur streng an das, was überhaupt von Anaxagoras bekannt ist, wenn man ihn nicht sowohl directen Vernichter, als indirecten Läuterer einiger Eigenschaften des göttlichen Wesens, nicht sowohl planmässigen Bestreiter der Mei-

Eo tempore, quo Athenis degebat, maxime floruisse putandus est Anaxagoras, cumque rerum naturae admodum peritus esset, haud parvam nominis nactus erat celebritatem. Quum aliquando Periclis aries adferretur ex agro, uno cornu insignis, Anaxagoras contra Lamponem, vatem illius temporis, physicam causam ostendit. Plutarch. Pericl. 6. ed. Hutten, T. I, p. 385. λέγεται δέ ποτε κριοῦ μονόκερω κεφαλὴν ἐξ ἀγροῦ τῷ Περικλεῖ κομισθῆναι, καὶ Λάμπωνα μὲν τὸν μάντιν, ὡς εἶδε τὸ κέρας ἰσχυρὸν καὶ στερεὸν ἐκ μέσου τοῦ μετώπου πεφυκός, εἰπεῖν, ὅτι δυοῖν οὐσῶν ἐν τῇ πόλει δυναστειῶν, τῆς Θουκυδίδου καὶ Περικλέους, εἰς ἕνα περιστήσεται τὸ κράτος, παρ' ᾧ γένοιτο τὸ σημεῖον· τὸν δ' Ἀναξαγόραν, τοῦ κρανίου διακοπέντος, ἐπιδεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ πεπληρωκότα τὴν βάσιν, ἀλλ' ὀξὺν ὥσπερ ᾠὸν, ἐκ τοῦ παντὸς ἀγγείου συνωλισθηκότα κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἡ ῥίζα τοῦ κέρατος εἶχε τὴν ἀρχήν. Καὶ τότε μὲν θαυμασθῆναι τὸν Ἀναξαγόραν ὑπὸ τῶν παρόντων κ. τ. λ. Quare etiam rerum coelestium et tempestatis permutationum apprime gnarus, multorum admiratione dignus visus est, cum aliquando Olympiam profectus, quasi brevi eruptura pluvia, ibi pellicea indutus veste sederet, et eventus ipsius praedictionem confirmaret. Diog. Laërt. II, 10. ἀλλὰ καὶ εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθόντα ἐν δερματίνῳ καθίσαι, ὡς μέλλοντος ὕσειν· καὶ γενέσθαι. Aelian. Histor. Anim. VII, 8. ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ θεώμενον Ἀναξαγό-

nungen des Volks, als höchstens gelegentlichen Erklärer und Berichtiger seines Wahnglaubens nennt."

ραι· καὶ αὐτὸς τὰ Ὀλύμπια ἐπιτηρήσας ὑετοῦ, τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν ἤδη καὶ θειότερα νοεῖν, ἢ κατὰ τὴν θνητὴν φύσιν ἐπίστευσεν. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· ὅτι Ἀναξαγόρας Ὀλυμπίασιν, ὁπότε ἥκιστα δεῖ, προσελθεῖν ὑπὸ κώδιον ἐς τὸ στάδιον, ἐπὶ προῤῥήσει ὄμβρου λέγεται τοῦτο πεπραχέναι. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα προλέγειν. Eum plura hujuscemodi praedixisse testatur Philostrat. Vit. Apollon. Tyanens. I, 2. p. 394. a. ed. Morell. τί δὲ Θαλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας, τὼ Ἴωνε ὁ μὲν τὴν εὐφορίαν τὴν τῶν ἐλαιῶν, ὁ δὲ πολλὰ τῶν οὐρανίων παθῶν προειπόντε, ἢ γοητεύοντε προειπεῖν ταῦτα.

Mentionem faciam necesse est hoc loco fabulae notissimae, qua Anaxagoras casum lapidis ad Aegos flumen praedixisse fertur [1]). Diog. Laërt. II, 10. φασὶ δ' αὐτὸν προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμὸν γενομένην τοῦ λίθου πτῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι. Vid. Menag. ad h. l. Plin. Hist. Nat. II, 58. „Celebrant Graeci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimae octavae secundo anno praedixisse, coelestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset e sole, idque factum interdiu, in Thraciae parte ad Aegos flumen etc.“ Plinius autem ipse de hac fabula dubitat. Ammian. Marcellin. 22. Aigos Potamus, in quo loco lapides casuros ex coelo praedixit Anaxagoras. Tzetz. Chiliad. II, 892.

ὁ δὲ Κλαζομένιος πάλιν Ἀναξαγόρας
ἐξ οὐρανοῦ προέφησε λίθους κατενεχθῆναι

1) Carus. Anaxagoras u. s. Zeitgeist. p. 445 ss.

ἐν ποταμοῖς τοῖς τῆς Αἰγὸς (Θρᾴκης δὲ τοῦτο πόλις)

καὶ γέγονεν εἰς ὕστερον μὴ ψευσαμένου τούτου. Philostrat. Vit. Apollon. Tyanens. I, 2. Plutarch. Lysand. 12. T. III, p. 143 ss. ed. *Hutten.* λέγεται δ' Ἀναξαγόραν προειπεῖν — — κατηνέχθη γὰρ, ὡς ἡ δόξα τῶν πολλῶν, ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος, ὡς Αἰγὸς ποταμοὺς, καὶ δείκνυται μὲν ἔτι νῦν σεβομένων αὐτὸν τῶν Χεῤῥονησιτῶν. Res ipsa negari nequit; memoratur lapsus hujus lapidis in Marmore Pario Ep. 58. ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε — — ἔτη CCV. i. e. 469. a. Chr. cf. *Heeren* ad Stob. eclog. phys. I, 25, 1. p. 509. Vol. II. Aristot. Meteor. I, 7. ἐπεὶ καὶ ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσε μεθ' ἡμέραν· ἔτυχε δὲ καὶ τότε κομήτης ἀστὴρ γενόμενος ἀφ' ἑσπέρας. Secundum Plin. l. c. et Euseb. chronic. cecidit iste lapis Ol. LXXVIII, 2, vel anno 4. Utut de hac re statuitur, hoc saltem inde elici potest, Anaxagoram eo tempore circiter annos triginta natum fuisse. Quod si eum tunc temporis proficiscentem in eas regiones, ubi lapis ille famosus decidit, venisse ponimus, facillime inde explicari potest, quo modo ex narrationibus de philosophi sententia, originem traxerit fabula, cujus modo mentionem fecimus, secundum quam Anaxagoras lapsum istius lapidis vere praedixit. Unde confirmantur ea quoque, quae supra a nobis prolata sunt, quum Anaxagoram quadragesimo demum aetatis suae anno Athenas profectum esse diceremus, siquidem non putandum est, illum Athenis versan-

tem lapsum lapidis apud Aegos flumen praedixisse vel explicavisse. Erat sine dubio in Thracia, et plura hac de re disseruit Diog. Laert. II, 12. φησὶ δὲ Σειληνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, ἐπὶ ἄρχοντος Δημύλου λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν· τὸν δ' Ἀναξαγόραν εἰπεῖν, ὡς ὅλος ὁ οὐρανὸς ἐκ λίθων συγκέοιτο· τῇ σφοδρᾷ περιδινήσει συνεστάναι, καὶ ἀνεθέντα κατενεχθήσεσθαι [1]). Equidem cum interpretibus eundem lapidem hoc loco significari putaverim. Fortasse, si conjecturis indulgere lubet, re vera Anaxagoras experientia edoctus, ex tempestate tale quid eventurum esse censuit; quae opinio postea in praedictionem versa est. Nam commemorantur a Damacho [2]) διάττοντες ἀστέρες, quales oriri so-

1) Sententiam hujus loci aliquantulum difficilioris infra explicabimus in ea parte commentationis de philosophia Anaxagorae, ubi de sideribus sermo est. De Dimylo, cujus vestigia alioquin frustra anquiruntur, vid. *Scaliger.* ad Euseb. chron. num. MDLI. et *Menag.* ad Diog. Laert. l. c. ubi emendationes plures afferuntur. Vid. infr.

2) Plutarch. Lysand. 12. V. III, p. 145. ed. *Hutten.* τῷ δ' Ἀναξαγόρᾳ μαρτυρεῖ καὶ Δάμαχος ἐν τοῖς περὶ εὐσεβείας, ἱστορῶν, ὅτι πρὸ τοῦ πεσεῖν τὸν λίθον ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ πέντε συνεχῶς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἑωρᾶτο πύρινον σῶμα παμμέγεθες, ὥσπερ νέφος φλογοειδές, οὐ σχολάζον, ἀλλὰ πολυπλόκους καὶ κεκλασμένους φορὰς φερόμενον, ὡς τὰ ὑπὸ σάλου καὶ πλάνης ἀποῤῥηγνύμενα πυροειδῆ σπάσματα φέρεσθαι πολλαχοῦ καὶ ἀστράπτειν, ὥσπερ οἱ διάττοντες ἀστέρες, ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τῆς γῆς ἔβρισε, καὶ παυσάμενοι φόβου καὶ θάμβους οἱ ἐπιχώριοι συνῆλθον, ὤφθη πυρὸς μὲν οὐδὲν ἔργον, οὐδ' ἴχνος τοσοῦτον, λίθος δὲ

lem, ubi tempestas ita comparata est, quod recentioris aetatis physici pluribus exemplis luculenter demonstrant. Vid. *Carus* Anaxag. u. s. Zeitg. p. 445 ss.

Quum sententiae Anaxagorae in singulis admodum similes essent iis, quae a Leucippo et Democrito proferebantur, plura inde desumsit Epicurus, ut perhibetur, Diog. Laërt. X, 12. (loquitur de Epicuro) μάλιστα δὲ ἀπεδέχετο, φησὶ Διοκλῆς, τῶν ἀρχαίων Ἀναξαγόραν, (καί τοι ἔν τισιν ἀντειρηκὼς αὐτῷ) καὶ Ἀρχέλαον, τὸν Σωκράτους διδάσκαλον.

Quisnam fuerit *Sosibius* quidam, quocum aemulabatur Anaxagoras (Diog. Laërt. II, 46.) accuratius definiri non potest.

Nec cum hac nominis et scientiae fama, de qua hucusque disputavimus, pugnare videntur quae loco quodam Plutarchi narrantur, scilicet in vit. Nic. 23. Vol. III, p. 391. ed. *Hutten.* ὁ γὰρ πρῶτος σαφέστατόν τε πάντων καὶ θαῤῥαλεώτατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον εἰς γραφὴν καταθέμενος Ἀναξαγόρας, οὔτ' αὐτὸς ἦν παλαιός, οὔτε ὁ λόγος ἔνδοξος, ἀλλ' ἀπόῤῥητος ἔτι, καὶ δι' ὀλίγων καὶ μετ' εὐλαβείας τινὸς βαδίζων. Οὐ γὰρ ἠνείχοντο τοὺς φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους, ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπρονοήτους καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατρίβοντας τὸ θεῖον. Magnam enim nominis celebritatem nactus erat Anaxagoras ita tamen, ut magis admirarentur cognitio-

---

κείμενος κ. τ. λ. Cf. ll. citt. Aristot. Meteor. I, 7. Plin. Hist. Nat. II, 58. Caeteroquin Plutarchus non multum tribuit auctoritati Damachi.

nem, quam ut accurate tenerent, quaenam essent ipsius placita, siquidem omnino philosophis istius aevi sedulo cavendum erat, ne profani vulgi aures offenderent, quod supra p. 15. jam attigimus. Quum igitur ejus opiniones aliquamdiu ignotae fuissent, scripto demum edito factum est, ut impietatis adversus Deos accusaretur, quamvis haec non sola fuerit causa, ut mox videbimus.

Antequam Athenis condemnaretur, senectute et inopia pressus, inedia vitae suae finem imponere firmo animo secum constituit, a Pericle autem servatus est. Res narratur in Plutarch. Pericl. 16. p. 404. ed *Hutten.* V. I. καὶ μέντοιγε τὸν Ἀναξαγόραν αὐτὸν λέγουσιν, ἀσχολουμένου Περικλέους, ἀμελούμενον κεῖσθαι, συγκεκαλυμμένον ἤδη γηραιὸν ἀποκαρτεροῦντα· προςπεσόντος δὲ τῷ Περικλεῖ τοῦ πράγματος, ἐκπλαγέντα θεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὸν ἄνδρα, καὶ δεῖσθαι πᾶσαν δέησιν, ὀλοφυρόμενον οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἑαυτὸν, εἰ τοιοῦτον ἀπολεῖ τῆς πολιτείας σύμβουλον. Ἐκκαλυψάμενον οὖν τὸν Ἀναξαγόραν εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· Ὦ Περίκλεις, καὶ οἱ τοῦ λύχνου χρείαν ἔχοντες ἔλαιον ἐπιχέουσιν.

Jam vero progrediamur ad *mortem* philosophi Clazomenii. Priusquam exponamus quae de damnatione illius narrantur, *aetatem* constituamus necesse est, qua diem obiit supremum. Supra Anaxagoram Olympiade septuagesima h. e. 500. a. Chr. natum esse diximus. Vixit annos septuaginta duos, Diog. Laërt. II, 7. βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. cf. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· ἐξήγαγε δὲ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν ἐτῶν ό (70.) Quam rationem si amplectimur et

Diogenis sententiam ut accuratiorem sequimur, mortuus est Olympiadis octogesimae octavae anno primo, h. e. 428. a. Chr. n. Contra Apollodorus, auctor non spernendus, in chronicis illum jam septuagesimae octavae Olympiadis anno primo defecisse refert, vid. Diog. Laërt. Locus iste sine dubio pro corrupto habendus est. Attigisset enim Anaxagoras tantum aetatis annum trigesimum tertium: triginta vero annos Athenis versatus esse dicitur, et a Plutarcho, (vit. Pericl. 16. loco modo citato) appellatur γηραιός. Mutatio in textu necessaria est. Hinc adductus *Casaubonus* legit ἑξηκοστῇ pro ἑβδομηκοστῇ, ut supra jam monuimus. Longe praestantior esse videtur altera conjectura, quae multorum virorum doctorum assensum nacta est, nec longius a literarum ductu recedit, ex qua haec quidem verba, quibus annus natalis proditur, non mutantur, sed postrema, ita ut legatur τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης pro ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης. Cf. supr. p. 3. et *Meurs.* lect. Attic. III, 27. d. Archont. Athenar. II, 13. *Petav.* Rationar. Temp. P. I. lib. III, 8. utrumque jam citatum a *Menagio* (ad Diog. Laërt. l. c.), qui cum illis viris doctissimis hanc lectionem probat, ut quoque *Heinius* apud *Hissmannum*, p. 265. Cf. *Heyne* ad Apollodor. fragm. p. 1091. Vixit Anaxagoras adhuc anno primo Olympiadis septuagesimae octavae, quandoquidem lapis ille, de quo diximus, cecidit de coelo anno secundo vel quarto hujus Olympiadis. Orig. philos. 8. ἤκμασε ἔτεος πρώτου τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, καθ᾽ ὃν καιρὸν καὶ Πλάτωνα λέγουσι γεγεννῆσθαι. Duos vel tres annos ante mor-

tem Athenas reliquit, siquidem triginta annos Athenis vixit, quadragesimo autem aetatis anno in hanc urbem venerat.

His praemissis de re ipsa dicendum videtur, in qua nonnulla sunt obscura, quoniam varia a scriptoribus veterum memorantur [1]). Diog. Laërt. II, 12. περὶ δὲ τῆς δίκης αὐτοῦ διάφορα λέγεται. Tum affert scriptor citatus narrationes Sotionis et Satyri [2]), quorum alter Anaxagoram a Cleone impietatis accusatum esse refert, quod solem candentem dixerit lapidem ac penitus ignitum; defensum autem a Pericle discipulo, quinque talentis mulctatum, et in exilium missum esse; alter vero a Thucydide accusatum esse narrat, qui contraria Pericli in republica administranda sentiret: neque impietatis modo, verum et proditionis, absentemque morti addictum. [3]) Sine dubio non solum doctrina sua offendit Anaxagoras, sed etiam eo quod a partibus Periclis

1) *Carus* Anaxag. u. s. Zeitg. p. 439. ss.

2) de utroque vid. *Jonsius* d. script hist. philos. II, 10, 1. et 11, 2.

3) Diog. Laërt. l. c. Σωτίων μὲν γάρ φησιν ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων, ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον· ἀπολογησαμένου δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Περικλέους τοῦ μαθητοῦ, πέντε ταλάντοις ζημιωθῆναι καὶ φυγαδευθῆναι. Σάτυρος δ' ἐν τοῖς βίοις ὑπὸ Θουκυδίδου φησὶν εἰςαχθῆναι τὴν δίκην, ἀντιπολιτευσαμένου τῷ Περικλεῖ, καὶ οὐ μόνον ἀσεβείας, ἀλλὰ καὶ μηδισμοῦ, καὶ ἀπόντα καταδικασθῆναι θανάτου. A suspicione proditionis liberandus est Anaxagoras, quippe qui altioris erat animi, et talia non curabat. Sunt tamen, qui simili-

staret. Quem ipsum et viribus et auctoritate pollentem quum minus aggredi possent adversarii, tamen hac ratione persequebantur, ut amicos ejus accusarent. [1]) Cleon enim et Thucydides [2]) adversarii erant Periclis in republica. Verisimile autem videtur, Anaxagoram scripto edito ansam inimicis dedisse accusationis, quum religionem populi tolleret et quae in rerum natura acciderent, ea omnia ad physicas causas revocaret. Nam cum librum suum serius edidisse prodire videtur ex Aristot. Metaph. I, 3. quem locum si sequimur, fuit Anaxagoras Empedocle τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος, τοῖς δ' ἔργοις ὕστερος. Cf. *Carus* d. Anax. cosmo-theolog. fontib. p. 698. *Hemsen*, p. 60. Plut. Pericl. 32. p. 420. Vol. I. ed. *Hutten*. καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας, ἢ λόγους περὶ μεταρσίων διδάσκοντας· ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου ὑπόνοιαν. Utraque narratio conjungi potest. Diopithes scilicet primum hanc legem tulit: quo facto Cleon vel Thucydides ulterius progressus ipsum Anaxagoram accusavit. Tum accusatus est [3]) carcere inclusus, a Pericle vero liberatus.

tudinem inter Anaxagoreа placita et Persarum dogmata inveniri opinentur: hinc et Themistoclem ad Persas fugientem Clazomenii familiaritate usum esse. Cf. *Carus* Anaxag. u. s. Zeitg. p. 407. ss. 466.

1) *Carus* ibid. p. 459.

2) De Thucydide adversario Periclis, vid. *Aldobrand.* ad Diog. Laert. l. c. *Carus*, p. 467. ss.

3) „Si Plutarcho credimus, neque accusatus, neque condemnatus est Anaxagoras, sed a Pericle propter periculi suspicionem urbe emissus." Verba sunt

Plut. Nic. 23. p. 392. Vol. III. ed. *Hutten.* Ἀναξαγόραν εἱρχθέντα μόλις περιεποιήσατο Περικλῆς. Diog. Laërt. II, 13. Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς βίοις φησὶν, ὅτι καθείρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. — — Ἱερώνυμος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων φησὶν, ὅτι ὁ Περικλῆς παρήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ δικαστήριον κ. τ. λ. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· ὑπ' Ἀθηναίων ἐνεβλήθη ἐς δεσμωτήριον, οἷα τινα καινὴν δόξαν τοῦ θεοῦ παρεισφέρων. Diodor. Sic. XII, 39. T. I, p. 503. *Wesseling.* Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστὴν διδάσκαλον ὄντα Περικλέους, ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν. Maxime urgebant celeberrimum philosophi nostri effatum, τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον (de quo infra uberius videbimus) non Deum, quem tunc temporis colebant. Joseph. c. Apion. T. II, p. 493. ed. *Haverkamp.* Ἀναξαγόρας δὲ Κλαζομένιος ἦν· ἀλλ' ὅτι νομιζόντων Ἀθηναίων τὸν ἥλιον εἶναι θεὸν, ὅδ' αὐτὸν ἔφη μύδρον διάπυρον, θανάτου αὐτὸν παρ' ὀλίγας ψήφους κατέγνωσαν. Olympiodor. schol. in Aristot. Meteor. p. 5. a. ὡς καὶ τὸν Ἀναξαγόραν μύδρον καλέσαι τὸν ἥλιον διὰ τὸ ἄμετρον τῆς πυρώσεως. Μύδρος γάρ ἐστιν ὁ πεπυρωμένος σίδηρος. διὸ καὶ ὁ Ἀναξαγόρας ἐξωστρακίσθη ἐκ τῶν Ἀθηναίων, ὡς τοιοῦτόν τι τολμήσας εἰπεῖν. ὕστερον δ' ἀνεκλήθη διὰ τῆς Περικλέους ῥητορείας [1]). Diog.

Aldobrandini ad Diog. Laërt. II, 12. Plutarchus non pugnat cum reliquis scriptoribus, ut ex accurata locorum allatorum comparatione patet.

1) In his errat Olympiodorus, vel confundit nonnulla. Non enim in exilium missus, indeque revocatus est

Laërt. II, 12. διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον. Cf. ejusd. epigr. II, 15. εἰς

Ἠέλιον πυρόεντα μύδρον ποτὲ φάσκεν ὑπάρχειν
Καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας.
Ἀλλ' ὁ φίλος Περικλῆς μὲν ἐρύσατο τοῦτον, ὁ δ' αὐτὸν
Ἐξήγαγεν βιότου μαλθακίῃ σοφίης.

Prius distichon invenitur quoque in Cedren. chronic. p. 180.

Vidimus hucusque Anaxagoram accusatum esse, vidimus causas, quibus adducti eum persequebantur, vidimus, qui fuerint ejus accusatores. Acta est res ejus, ut videtur coram Heliastis [1]). Restat, ut accuratius exponamus, quomodo liberatus sit. Non multum aberat, quin morti traderetur, ut patet ex Plutarch. Nic. 23., Josephi et Diogenis Laërtii locc. modo citt. Pericles, discipulus ejus, eum defendit Plut. Nic. l. c. Caeterum de hac re iterum varia traduntur. Diog. Laërt. l. c. *ἀπολογησαμένου δ' ὑπὲρ αὐτοῦ Περικλέους τοῦ μαθητοῦ, πέντε ταλάντοις ζημιωθῆναι καὶ φυγαδευθῆναι — Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς βίοις φησίν, ὅτι καθείρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν, εἴ τι ἔχουσιν ἐγκαλεῖν αὐτῷ κατὰ τὸν βίον; οὐδὲν δὲ εἰπόντων, καὶ μὴν ἐγώ, ἔφη, τούτου μαθητής εἰμι· μὴ οὖν διαβολαῖς ἐπαρθέντες ἀποκτείνητε τὸν ἄν-*

Periclis consilio, sed capitis damnatus, a Pericle liberatus, denique in exilium profectus est, ut sequentia ostendunt.

1) Cf. Carus Anaxag. u. s. Zeitg. p. 454. not. Hemsen, p. 43. not.

θρωπον; ἀλλ᾽ ἐμοὶ πεισθέντες ἄφετε. Καὶ ἀφείθη. Οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὴν ὕβριν, ἑαυτὸν ἐξήγαγεν [1]). Ἱερώνυμος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων φησὶν, ὅτι ὁ Περικλῆς παρήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, διερρυηκότα καὶ λεπτὸν ὑπὸ νόσου, ὥστε ἐλέῳ μᾶλλον ἢ κρίσει ἀφεθῆναι. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· ἔφυγε δὲ ἐξ Ἀθηνῶν Περικλέους αὐτῷ συνειπόντος. Vid. de damnatione Anaxagorae *Heinius*, p. 265. Ad totam hanc rem facete alludit Lucian. Tim. I, p. 118. ed. *Hemsterhus.* ubi Jupiter verba facit: κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ (sc. κεραυνοῦ) καὶ ἀπεστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται, ὁπότε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην ἐπὶ τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν, ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲν ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. Ἀλλ᾽ ἐκείνου μὲν διήμαρτον (ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς)· ὁ δὲ κεραυνὸς εἰς τὸ ἀνάκειον παρασκήψας, ἐκεῖνό τε κατέφλεξε κ. τ. λ.

Ex his omnibus breviter nunc expositis cum certi nihil definiri possit, hoc saltem sequitur, Periclis consilio atque auctoritate liberatum esse Anaxagoram. Fortasse exilio mulctatus est, nisi statuatur, eum suadente Pericle, sua sponte Athenas reliquisse, ne iterum accusatus opprimeretur. Plutarch. Pericl. 32. Vol. I, p. 421. ed. *Hutten.* Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. Non vero opus esse videtur subtiliori explicatione, qui factum sit, ut Anaxagoras accusaretur et punire-

1) hoc non verum videtur, siquidem Anaxagoras Lampsacum se contulit, ibique mortuus est. Vid. seqq.

tur, nec aliae causae ad partes vocandae sunt, quibus Athenienses ad talia perpetranda adducti fuerint. Sic sacerdotes odio incitati eum persecuti esse dicuntur a *Tiedemanno* (Geist d. spek. Philos. T. I, p. 315.): *Carus* autem machinas a Lacedaemoniis adhibitas esse censet ad Anaxagoram opprimendum (d. Anax. cosmo-theol. font. p. 137. not. Anax. u. s. Zeitg. p. 464. ss.). Quibus omnibus facile supersedere possumus. Vid. *Hemsen*, p. 40. ss. Neque duplicem damnationem Anaxagorae statuerim, ut *Hemsen*, p. 46, quandoquidem singula sic jam explicanda esse videntur.

Animum ejus placidum et rebus coelestibus tantummodo intentum produnt nonnullae narrationes veterum. Dicenti enim cuidam, Atheniensibus privatus es: Non ego illis, ait, sed illi me. Diog. Laërt. II, 10. *πρὸς τὸν εἰπόντα, Ἐστερήθης Ἀθηναίων, Οὐ μὲν οὖν, ἔφη, ἀλλ' ἐκεῖνοι ἐμοῦ.* Quum damnatio et filiorum mors ipsi renuntiarentur, dixisse traditur jam pridem adversum illos atque se naturam tulisse sententiam:[1]) de filiorum autem morte: sciebam me genuisse mortales. Diog. Laërt. II, 13. *ὅτε καὶ ἀμφοτέρων αὐτῷ προσαγγελθέντων, τῆς τε καταδίκης καὶ τῆς τῶν παίδων τελευτῆς, εἰπεῖν, περὶ μὲν τῆς καταδίκης, ὅτι Ἄρα κἀκείνων κἀμοῦ πάλαι ἡ φύσις κατεψηφίσατο, περὶ δὲ τῶν παίδων, ὅτι ᾔδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεννήσας.* Saepius haec res

1) Similiter Socrates dixit secundum Diog. Laërt. II, 35. *πρὸς τὸν εἰπόντα, Θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκείνων, φησίν, ἡ φύσις.*

narratum, ut eam non fictam putaverim, quamquam ab aliis ad Solonem, ab aliis ad Xenophontem illud effatum refertur. Cf. Diog. Laërt. II, 13. 55. ib. intpp. Vid. Valer. Maxim. V, 10. Aelian. Var. Histor. III, 2. Plut. d. Ir. cohib. Vol. IX, p. 450. ed. *Hutten.* Simplic. in Epictet. enchir. 22. p. 125. Cic. Tusc. Qu. III, 24. ib. intpp. Stob. serm. 106. qui sequitur Aelianum. Plut. Consol. ad Apollon. Vol. VII, p. 359. ed. *Hutten.* Omnes in re ipsa consentiunt, verbis differunt. Respexisse putant ad hoc dictum Anaxagorae ejus discipulum Euripidem in Alcestide, 929. vid. ib. *Monk.* et *Wüstemann.* Porro teste Demetrio Phalereo liberos propriis manibus sepelivisse fertur. Diog. Laërt. II, 13. τούτου δὲ καὶ θάψαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν αὐτούς φησιν Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ περὶ γήρως.

Athenis relictis *Lampsacum* se contulit. Diog. Laërt. II, 14. καὶ τέλος ἀποχωρήσας εἰς Λάμψακον, αὐτόθι κατέστρεψεν. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας: καὶ ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ κ. τ. λ. Eum Lampsaci aliquamdiu vixisse, testatur quoque Diog. Laërt. II, 12. πρός τε τὸν εἰπόντα, εἰ τὰ ἐν Λαμψάκῳ ὄρη ἔσται ποτὲ θάλαττα, φασὶν εἰπεῖν, Ἐάν γε ὁ χρόνος μὴ ἐπιλίπῃ. Ibi docuit philosophiam, quod concludi posse videtur ex Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. ὁ δὲ Ἀρχέλαος διεδέξατο τὴν σχολὴν τοῦ Ἀναξαγόρου. Non diu autem hoc munere fungi ipsi concessum erat: nam post duos annos diem obiit supremum. Erat senex, quum Athenas relinqueret, ut supra vidimus: quadragesimo aetatis suae anno illuc migravit, triginta annos ibi commoratus est. Septuage-

simo anno venit Lampsacum, septuagesimo secundo moritur, vid. Diog. Laërt. II, 7. βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. [1]) Quae omnia bene inter se cohaerere, abunde intelligitur.

Secundum Suidae narrationem morte voluntaria, et quidem inedia finem vitae imposuit. Vid. s. v. Ἀναξαγόρας· ἐκεῖ (sc. ἐν Λαμψάκῳ) καταστρέφει τὸν βίον ἀποκαρτερήσας. Eadem habet Suid. s. v. ἀποκαρτερήσαντα· ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ καὶ ἀποκαρτερήσας τὸν βίον κατέστρεψεν. Quae quum bis a Suida afferantur, iisdemque verbis, inprimis vero, quum eum ex alio scriptore hausisse ex postremo loco appareat, fidem merere videntur. Jam supra Anaxagoram idem consilium Athenis cepisse, narravimus. Fortasse nunc senectutis molestiis affectus, iterum eo usque adductus est, ut semet ipse interimeret.

Tranquillo animo mortuus est. Cic. Tusc. Quaest. I, 43. „praeclare Anaxagoras: qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid ei accidisset, afferri: nihil necesse est, inquit, undique enim ad inferos tantundem viae est.“ Diog. Laërt. II, 11. πρὸς τὸν δυσφοροῦντα, ὅτι ἐπὶ ξένης τελευτᾷ, πανταχόθεν, ἔφη, ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις. Fortasse respexit Aeschyleum illud, quod Plat. Phaed. p. 108. a. St.

---

1) Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· ἐξήγαγε δὲ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν ἐτέων ο (70.). Haec non tam accurata sunt quam ea, quae Laërtius profert.

ἔστι δὲ ἄρα ἡ πορεία οὐχ ὡς ὁ Αἰσχύλου Τήλεφος λέγει· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῆν οἶμόν φησιν εἰς ἅδου φέρειν. ib. *Heindorf* et *Wyttenb.* Ludis quovis anno mortem suam a pueris celebrari voluit, Diog. Laërt. II, 14. ὅτε καὶ τῶν ἀρχόντων τῆς πόλεως ἀξιούντων, τί βούλεται αὐτῷ γενέσθαι; φάναι, τοὺς παῖδας, ἐν ᾧ ἂν ἀποθάνῃ μηνί κατὰ ἔτος παίζειν συγχωρεῖν. Καὶ φυλάττεται τὸ ἔθος καὶ νῦν.

Sic igitur mortuus est celeberrimus Anaxagoras, tantopere de universa philosophia meritus, alto animo ille super humana et terrestria elatus, unice rerum causis cognoscendis intentus, primumque eo progressus, ut mentis infinitae vi ac consilio mundum gubernari existimaret.

Lampsaceni viri animum et auctoritatem pie colentes, justa ipsi persolverunt, aramque exstruxerunt. Diog. Laërt. II, 15. τελευτήσαντα δὴ αὐτὸν ἔθαψαν ἐντίμως οἱ Λαμψακηνοί, καὶ ἐπέγραψαν·

Ἐνθάδ' ὁ πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας
Οὐρανίου κόσμου κεῖται Ἀναξαγόρας.

Cf. Aelian. Var. Histor. VIII, 19. ib. intpp. et quae supra dicta sunt. Aristot. Rhet. II, 23. καὶ Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν, ξένον ὄντα ἔθαψαν, καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν, quod ad ludos modo memoratos spectare videtur.

Ipse Diogenes Laërtius de Anaxagora haec disticha, supra jam allata composuit:

Ἠέλιον πυρόεντα μύδρον ποτὲ φάσκεν ὑπάρχειν
Καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας·

Ἀλλ' ὁ φίλος Περικλῆς μὲν ἐρύσατο τοῦτον· ὁ δ' αὐτὸν
Ἐξήγαγεν βιότου, μαλθακίῃ σοφίης.

Recentiorum judicia de viri meritis vid. *Meiners* Gesch. d. Wiss. I, p. 664. *Carus* d. Anaxag. cosmotheol. fontib. p. 713. ss. *Hemsen*, p. 51. ss.

CAP. II.

DE

SCRIPTIS ANAXAGORAE CLAZOMENII.

Quamquam in Diogene Laërtio Anaxagoras inter eos refertur, qui unum tantummodo librum ediderunt, tamen de hac re jure adhuc dubitare licet. Diog. Laërt. prooem. 16. *οἱ δὲ, ἀνὰ ἓν συγγράψαντες, Μελίσσος, Παρμενίδης, Ἀναξαγόρας.* Paucis igitur recenseamus, quae alia ejus scripta apud veteres afferantur.

Aristot. d. Plant. I, 2. *καὶ διὰ τοῦτο ἔφη πρὸς Λεχίνεον, ὅτι ἡ γῆ μήτηρ μέν ἐστι τῶν φυτῶν, ὁ δὲ ἥλιος πατήρ.* Quaeritur, num hoc loco libellus ab Anaxagora conscriptus intelligi debeat, nec ne? Exspectaverim *ἐν τῷ πρὸς Λεχίνεον.* De Lechineo isto nihil aliunde nobis constat, quantum equidem scio.

Aelian. Var. Histor. IV, 14. *καὶ Ἀναξαγόρας ἐν τῷ περὶ βασιλείας φησὶ, χαλεπὸν χρήματα συναγείρασθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι.* Hic liber *περὶ βασιλείας* a Clazomenio non est profectus, quippe qui ad talia animum non advertit, totum se contulit ad otium et quietem rerumque cognitionem, res civiles autem et publicas omnino non curavit, ut supra jam expo-

situm est. Huc accedit, quod praeter hunc locum apud veteres nullum invenitur testimonium, quo ab Anaxagora Clazomenio talem librum scriptum esse possit demonstrari. Omnes fere recentiorum in hac re consentiunt, philosophi Anaxagorae non esse hunc libellum. Vid. *Menag.* ad Diog. Laërt. II, 7. et intpp. ad Aelian. l. c. Quaeritur vero, de quo hic locus Aeliani intelligendus sit. *Menagius* (ad Diog. Laërt. II, 15.), rhetorem Isocrateum habet pro auctore, *Meursius* (in not. ad Chalcid. p. 22.) grammaticum Zenodoteum ¹): *Fabricius* in Bibl. Graec. II, p. 644. ed. *Harles.* reponendum esse putat in loco allato *Anaxarchum*, qui περὶ βασιλείας scripsit. Cf. Clem. Alexandr. strom. I, p. 210. *Meurs.* l. c. *Ritter*, (Gesch. d. Ion. Philos. p. 208.) *Menagii* sententiam probat.

Quum carcere inclusus esset, scripsisse dicitur Κύκλου τετραγωνισμόν. Plut. d. Exil. ed. *Hutten.* Vol. X, p. 388. ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸν τοῦ κύκλου τετραγωνισμὸν ἔγραφε ²). Res ipsa negari non poterit. Anaxagoras enim mathematicae deditus fuit, quod patet ex loco quodam Vitruvii mox citando, tum ex aliis scriptoribus. Procl. ad Euclid. II, p. 19. ed. Basil. Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος πολλῶν ἐφήψατο κατὰ γεωμετρίαν. Vid. *Montucla* Hist. d. Mathem. I, p. 105. Ponitur, juxta Oenopidam, Plat. Erast. p. 132. a. (ed. Bipont. Vol.

1) de utroque vid. supra.

2) *Ritter*, p. 208. Anaxagoram non de hac re scripsisse censet, verum figuram hac spectantem adumbrasse.

II, p. 290) ἐντυγχάνω οὖν δύο τῶν μειρακίων ἐρίζοντε· περὶ ὅτου δὲ, οὐ σφόδρα κατήκουσα. Ἐφαινέσθην μέντοι ἢ περὶ Ἀναξαγόρου ἢ περὶ Οἰνοπίδου ἐρίζειν. Κύκλους γοῦν γράφοντες ἐφαινέσθον καὶ ἐγκλίσεις τινὰς ἐμιμοῦντο τοῖν χεροῖν ἐπικλίνοντε. Videtur Anaxagoras in eo studium operamque posuisse, ut ostenderet, aream circuli inveniri posse, si in quadratum mutaretur. (Quaesivit igitur, (ut ex vocabulo τετραγωνισμὸς patet) quadraturam circuli proprie sic dictam, non rationem diametri ad peripheriam, ut seriori aetate Archimedes. Neo est, quod miremur, Anaxagoram etiam talia secutum esse, et in hao re laborasse, quandoquidem eo tempore vix initia artis mathematicae habebantur, nec difficultates, quae doctos reique gnaros ab inutili conamine retinent, veteri illi philosopho notae esse poterant [1]). Sic Hippocrates Chius ex doctrina de quadratura lunularum ab ipso inventa, quadraturam circuli, quam vocant, derivare studuit [2]): unde sal-

1) Cf. *Montucla* l. c. „il est probable, qu' Anaxagore, qui étoit habile géomètre, sut se preserver d'y faire un honteux naufrage; je veux dire, qu'il sut éviter l'illusion, dont nous avons tant d'exemples, anciens et récens, et qu'il ne donna pas dans le ridicule de proposer de vains paralogismes, comme une veritable solution de ce problème.“ — Id. p. p. 113. „on dit, qu'il s'y occupa de la quadrature du cercle; on n'ajoute pas, qu'il crut l'avoir trouvée, et il est probable, que cela valut à la géomètrie, la decouverte de quelques nouvelles propriétés de cette figure.“

2) *Montucla* T. I, p. 153. *Reimer* Zusätze zu Bossuts Versuch einer allgem. Gesch. d. Mathemat. T. I, p. 111.

tem patet, qua ratione veteres hac in re ante Archimedem usi sint.

Ad eundem librum *Fabricius* (Bibl. Gr. T. II, p. 644. ed. *Harles.*) respexisse putat Vitruvium in praef. ad libr. VII, §. 11. „namque primum Agatharchus, Aeschylo docente tragoediam, scenam fecit, et de ea re commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus et Anaxagoras de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extensionem certo loco centro constituto, (ad) lineas ratione naturali respondere, uti de incerta re certae imagines aedificiorum in scenarum picturis redderent speciem, et quae in directis planisque frontibus sint figurata, alia abscedentia, alia prominentia esse videantur." Ex his Vitruvii verbis abunde autem intelligitur, κύκλου τετραγωνισμόν non commemorari a Vitruvio. Sine dubio sermo est de philosopho Clazomenio, neque vero de Anaxagora statuario [1]), ut patet ex eo, quod una cum

1) *Müller.* Aeginetic. p. 104. „Anaxagoram Aeginetam Pausan. V. 23, 12. Jovis a Graecis post pugnam Plataeensem dedicati artificem nuncupat: alium certe, quam qui a Vitruvio (VII, praef.) scriptor laudatur de scenarum architectura, quemadmodum ad aciem oculorum struerentur, neque aliunde notum." In not. ad h. l. idem vir doctissimus haec affert: „secus *Junius*, p. 13. Miror, etiam editores *Winckelmanni* p. 22. not. 64. de his dubitare tantum. Scripsisse de ea re dicit Vitruvius Democritum et Anaxagoram monitos ex Agatharcho Athenis scenam struente. Sunt philosophi, crede mihi, est Anaxagoras Clazomenius. Jam intelligitur scriptor, VIII, praefat. *Euripides*,

Democrito asseritur, qui scripsit ἀκτινογραφίην. Diog. Laërt. IX, 48. Ad sententiam hujus loci aliquantum difficiliorem explicandam cf. *Heinius*, I, p. 282. *Montucla*, T. I, p. 707. *Schneider* ad l. c. (T. III, p. 7) et in annot. ad eclog. phys. I p. 262. ss. *Bossut* Gesch. d. Mathem. v. *Reimer*, I, p. 97. quem vid. in not. ad h. l. et scriptores ibi citatos. Der Pallast des Scaurus, deutsch v. *Wüstemann*, p. 127. Scripsit igitur Anaxagoras ἀκτινογραφίην, unde simul manifestum est, eum a mathematicis haud alienum fuisse.

Notissimus autem Anaxagorae liber est περὶ φύσεως, quales plerosque antiquissimorum philosophorum edidisse constat. Athen. II, p. 57. ἐν τοῖς φυσικοῖς. Simplic. in phys. Aristot. p. 8. a. μετ' ὀλίγα τῆς ἀρχῆς τοῦ πρώτου περὶ φύσεως. p. 33. b. διὰ τοῦ πρώτου τῶν φυσικῶν. p. 106. a. 37. a. σύγγραμμα [1]) Diog. Laërt. II, 6. ἀρξάμενος οὕτω τοῦ συγγράμματος, ὅ ἐστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἡρμηνευμένον. Plat. apolog. Socr. c. 14. ed. *Fischer*. Ἀναξαγόρου βιβλία. Ad eundem librum respicit

---

auditor Anaxagorae, quem philosophum Athenienses scenicum appellaverunt: quod si vulgato sensu accipiendum foret, scripsisset Vitruvius: Anaxagorae auditor Euripides, quem Athenienses scenicum philosophum appellaverunt." Assentior, si locus est sanus. *Montucla*, I, p. 106. 149. 707. „il y avoit en effet parmi les ouvrages d'Anaxagore, un traité, intitulé: Actinographia ou radiorum descriptio, qui est probablement celui, dont parle l'Architecte latin."

1) σύγγραμμα dicitur de libris philosophicis, vid. *Sturz.* comment. de Pherecyd. Syr. et Atheniensi p. 11.

Tzetz. exeg. in Iliad. p. 67. ed. *Hermann.* ἐν ἀρχῇ τῶν αὐτοῦ. Sine dubio in hisce libris physicis causas exposuit et rationes eclipsium lunae, id quod memoratur in Plut. Nic. c. 23. p. 391. Vol. III. ed. *Hutten.* ὁ γὰρ πρῶτος σαφέστατόν τε πάντων καὶ θαῤῥαλεώτατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον εἰς γραφὴν καταθέμενος Ἀναξαγόρας κ. τ. λ. cf. Origen. philosoph. 8. οὗτος ἀφώρισε πρῶτος τὰ περὶ τὰς ἐκλείψεις καὶ φωτισμούς. Non vero seorsim librum de hac re composuit, quod nec ex locis citatis elici potest, nec aliunde nobis constat. Nihil enim aliud in illis locis narratur, quam Anaxagoram primum fuisse, qui de solis et lunae eclipsibus vel de luna, modo crescente modo deficiente, diligentius in libro suo dissereret. Ex locutionibus, quibus utuntur scriptores citati, Plutarchus et auctor φιλοσοφουμένων, errorem ortum esse arbitror nonnullorum, qui Anaxagoram primum fuisse dicunt, a quo liber scriptus editus sit. Clem. Alexandr. strom. p. 416. d. ed. Paris. 1641. οἱ δὲ Ἀναξαγόραν Ἡγησιβούλου, Κλαζομένιον, πρῶτον διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστοροῦσιν [1]). Constat enim, jam de Anaximandro et Pherecyde ambigi, uter horum prior librum conscripserit [2]). Quid de Heraclito et Anaximene, quid de Xenophane et Parmenide dicam, quos ante Anaxagoram et vixisse et scripsisse sci-

---

1) non opus est conjectura *Casauboni*, qui eum primum περὶ φύσεως σελήνης scripsisse putat.

2) Cf. *Sturz.* l. c. *Schleiermacher* über Anaximandros, p. 124.

mus? Cf. *Carus* de fontib. Anax. cosmo-theolog. p. 734. ss.

Hujus libri plura adhuc sunt servata fragmenta in *Simplicii* commentario ad Aristotelis physicas auscultationes. Simplicius habuit certe partem illius [1]); affert saepenumero verba Anaxagorae, nec ea memoriter tantummodo citat, verum accuratius longiores locos exscribit. In his autem genuina verba Anaxagorae, non Simplicii afferri, patet ex singulorum locorum ratione, ex orationis Anaxagoreae indole propria [2]), nec non ex dialecti diversitate.

Pleraque fragmenta ex primo libro physicorum desumta sunt [3]), ut Simplicius ipse in singulis profitetur. In primo hoc libro principia, quae dicun-

1) Simplic. in phys. Aristot. p. 36. b. τὰ μὲν εἰς ἐμὲ ἐλθόντα βιβλία τοῦτο τὸ ῥησείδιον οὐκ ἔχει. Simili locutione utitur, p. 6. a. fin. p. 106. εἴρηται καὶ ἐν ταῖς εἰς τὸ πρῶτον σχολαῖς, ἐν αἷς τὰς πίστεις ἀπ' αὐτοῦ ἐπειράθην παραγράψαι τῶν Ἀναξαγόρου ῥημάτων.

2) Diog. Laërt. II, 6. ὅ ἐστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἑρμηνευόμενον. Facile ex fragmentis ipsis orationis Anaxagoreae color agnoscitur. Cf. *Carus* de Anax. cosmo-theol. fontib p. 697. not. „quod vero eorum, quae Anaxagoras ipse scripsisse fertur, tam sero mentio fit, hoc parum abest, quin, an genuina sint, dubitationem moveat. Sed tamen ea universe ad Nostrum pertinere, liquet ex eorum non modo argumento, quod cum testimoniis conspirat Aristotelis, verum lingua etiam, quae concinit cum Pericleae aetatis ingenio.“

3) *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 207.

tur, generalia ab eo prolata erant, quibus praemissis ad singula explicanda progrediebatur. Similis descriptio rerum invenitur apud plerosque veterum philosophorum, verbi causa in *Heracliti* (Diog. Laërt. IX, 5.), in *Empedoclis* scriptis, Cf. *Sturz.* praef. ad Empedocl. p. 36.

Theophrastus scripsit de Anaxagora; vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. p. 35. b. Diog. Laërt. V, 42, Suid. s. h. v. *Fabric.* Bibl. Graec. III, p. 446. *Ionsius* de script. histor. philos. I, 14, 2. *Carus* de Anaxag. cosmo-theolog. fontib. p. 698. not. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 208.

PARS II.

FRAGMENTA ANAXAGORAE CLAZOMENII.

FRAGM. 1.

Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα. Καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. Καὶ πάντων ὁμοῦ ἐόντων οὐδὲν εὔδηλον ἦν ὑπὸ σμικρότητος. Πάντα γὰρ ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχεν, ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα. Ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστιν ἐν τοῖς σύμπασι καὶ πλήθει καὶ μεγέθει.

Notae.

Sic totus hic locus coniunctim legitur in Simpl. commentar. in phys. Aristot. p. 33. b. qui testatur, hoc fuisse initium libri περὶ φύσεως. Singula verba saepius inveniuntur; inprimis illud ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν proverbii instar apud plurimos scriptores citatur. Plat. Phaed. 17. ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη, ὁμοῦ πάντα χρήματα. Vid. *Heindorf.* et *Wyttenbach.* ad h. l. *Valckenar.* diatrib. in Eurip. perdit. dram. reliqu. p. 40. Plat. Gorg. p. 465. d. (64. ed. *Heindorf.*) τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν, φίλε Πῶλε, (σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος) ὁμοῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ, ἀκρίτων τ' ὄντων τῶν τε ὑγιεινῶν καὶ ἰατρικῶν καὶ ὀψοποιητικῶν. Aristot. phys. ausc. I, 5. ἦν ὁμοῦ τὰ πάντα. Id. Metaph. III, 4. ὁμοῦ ποτε ἅπαντα χρήματα. XII, 2. X, 6. διὸ καὶ οὐκ ὀρθῶς ἀπέστη Ἀναξαγόρας εἰπὼν, ὅτι ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα δὲ πλήθει καὶ

μικρότητι; quo quidem loco Aristoteles sensum tantummodo exprimit substituendo πλήθει καὶ μικρότητι pro antiquiori sermone: καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα. Diog. Laërt. I, 4. de Lino dicens: τούτῳ ἀρχὴ τῶν ποιημάτων ἥδε·

ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' — ἐπεφύκειν.

ὅθεν λαβὼν Ἀναξαγόρας πάντα ἔφη χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ, νοῦν δὲ ἐλθόντα αὐτὰ διακοσμῆσαι[1]). Id. II, 6. ἀρξάμενος οὕτω τοῦ συγγράμματος, ὅ ἐστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἑρμηνευόμενον· Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ κ. τ. λ. *Menag.* ad h. l. Plutarch. Sympos. II, 10. T. XI. p. 103. ed. *Hutten.* V, 5. ibid. p. 219. Plac. philos. I, 3. I, 7. quae repetuntur ab Euseb. praep. evang. X, 14, p. 504. XIV, 16, p. 753. Alex. Aphrodis. ad Aristot. Metaph. p. 134. 339. 373. ed. latin. Sext. Empir. advers. Mathem. IX, 6. Origen. philos. 8. p. 887. Vol. I. ed. Paris. 1733. Simplic. in phys. Aristot. p. 8. a. ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα. p. 34. b. simpliciter; ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα. p. 35. a. ὅτι ἄπειρα ἦν, εὐθὺς ἀρχόμενος λέγει· ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα. p. 37. a. ἅπερ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ συγγράμματος τίθησιν ὁ Ἀναξαγόρας· ὁμοῦ χρήματα πάντα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα, καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. p. 106. a. priora tantum verba afferuntur. p. 257. b. Simplic. in Aristot. Coel. p. 146. a. 149. b. Tzetz. exeg. in Iliad. p. 67. ed. *Hermann.* Cedren. chronic. p. 130. Themist. ad Aristot. Anim. p. 67. a. Schol. ad Hesiod. Theogon. p. 265. b. ed. *Heinsius*, 1603. Nemes. p. 165. ed. Antverp. 1568. πάντα δὲ ἦν ἀληθῶς ὁμοῦ χρήματα

1) de hoc Lini versu cf. *Heeren.* ad Stob. eclog. phys. T. I. p. 280. Falso interpretatur Diogenes Laërtius. Sensus illorum verborum est: quo simul omnia facta sunt. Hoc non vult Anaxagoras, ut videbimus.

κατὰ Ἀναξαγόραν: Omnes illi scriptores differunt tantum ordine verborum, ita ut alii ponant ἦν ὁμοῦ, alii ὁμοῦ ἦν, alii ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ut supra dedimus ex Simplicio, qui accuratissime exordium libri Anaxagorei affert.

Oritur autem alia eaque haud exigua difficultas ex eo, quod apud alios scriptores alia verba sequuntur, quae ista ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα excipiunt. Simplicius habet: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα· καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. Sic p. 8. a. 33. b. 35. a. 37. a. Aristot. Metaph. X, 6. Simplic. in Aristot. Coel. p. 149. b. λέγει δὲ ὁ Ἀναξαγόρας ἀρχόμενος τοῦ βιβλίου· ἦν ὁμοῦ χρήματα ἄπειρα καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ σμικρότητι· τὸ γὰρ μικρὸν ἄπειρον ἦν κ. τ. λ.[1]). Contra Diog. Laërt. I, 4. πάντα χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ, νοῦν δὲ ἐλθόντα αὐτὰ διακοσμῆσαι. Id. II, 3. πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε. Origen. Philosoph. 8. ὄντων γὰρ πάντων ὁμοῦ νοῦς ἐπελθὼν διεκόσμησεν. Plutarch. Plac. philos. I, 3. ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε[2]) καὶ διεκό-

---

1) Vulgarem huius libri textum graecum non pro genuino esse habendum, docuit *Peyronus* in collectione fragmentorum Empedoclis et Parmenidis, Lips. 1810. Verumtamen hoc nihil refert ad ista verba Anaxagorae, quandoquidem commentarius ipse non est suppositicius, sed graece redditus ex latina versione Moerbekae cuiusdam, ita ut saepius ex versione elici possit, quid Simplicius ipse scripserit: genuinus textus exstat in cod. Taurinensi. Quum vero in hisce versio facile appareat, haec verba ex aliis Simplicii locis supra allatis ita corrigenda sunt, ut legatur καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα pro τῷ πλήθει καὶ τῇ σμικρότητι.

2) illud διῆρε (a διαίρειν) hoc sensu graecum non esse, iam dixit *Valckenar.* diatrib. p. 40. ita ut cum *Wyttenbachio* διήρει legendum esse putarem, nisi aoristus statim sequens διεκόσμησεν obstaret. *Valckenario* ex ionicae dialecti legibus ὁμοῦ πάντα χρήματα ἔην, νοῦς δὲ αὐτὰ διήρεε καὶ διεκόσμεε emendari iubenti, propterea accedere nequeo, quod apud omnes scriptores legitur aoristus διεκόσμησεν.

σμησε. Id. I, 7. ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα· νοῦς δὲ αὐτὰ διεκόσμησε θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις τῶν ὅλων ἐποίησεν. Haec repetit Euseb. praep. evang. XIV, 16. p. 753. Id. X, 14, p. 504. ἦν γὰρ τὴν ἀρχὴν, φησὶ, τὰ πράγματα ὁμοῦ πεφυρμένα· νοῦς δὲ εἰσελθὼν, αὐτὰ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τάξιν ἤγαγεν. Dionys. Halicarn. Rhet. 57. πάντα ἐν πᾶσιν· εἶτα ὕστερον διεκρίθη. Aristot. phys. VIII, 1. ὁμοῦ πάντων ὄντων καὶ ἠρεμούντων τὸν ἄπειρον χρόνον κίνησιν ἐμποιῆσαι τὸν νοῦν καὶ διακρῖναι. Tzetz. exeg. in Iliad. p. 67. ed. *Hermann.* ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν· νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε, eodem modo ut Plutarch. l. c. Schol. Hesiod. Theogon. p. 265. b. ed. *Heinsius*, ἦν γὰρ ὁμοῦ πάντα χρήματά ποτε κατὰ Ἀναξαγόραν, νοῦς δὲ διέκρινεν αὐτά. Quid? quod ipse Simplicius in comment. ad Aristot. d. Coel. p. 146. b. habet: ἦν πάντα χρήματα ὁμοῦ· ὁ δὲ νοῦς αὐτὰ διακρίνας ἐκόσμησεν [1]).

Quum vero multi inter eos, quos attuli, Anaxagoram librum suum sic exorsum esse perhibeant, quaeri potest, quid de hac re statuendum sit. Quantum equidem video, praestat Simplicii ratio, quam in textu exhibui. Est enim ille in talibus accuratissimus (praecipue in primo libro commentarii sui), quippe qui haud pauca quoque fragmenta *Empedoclis* et *Parmenidis* nobis servavit: in quibus verba, non sensum tantummodo, ipsum attulisse, metrum ostendit. Tum habuit Anaxagorea ante oculos, ut expositum est in commentatione de scriptis Anaxagorae; vid. supr. Dein eadem quater affert in commentario ad Aristotelis physica, semel in commentario ad libros de Coelo. Huc denique accedit ipsius Aristotelis auctoritas. Ex ipsis quoque Anaxagorae fragmentis reliquis apparere videtur, eum primo loco de elementis, unde omnia exorta essent, tum de mente locutum esse, cujus vi

1) leg. διεκόσμησεν, ut patet ex supra disputatis.

ac natura διακρίσιν et διακόσμησιν rerum factam esse existimat[1]). Caeteroquin ea verba, quae ab aliis post illa ὁμοῦ τὰ πάντα afferuntur, non vana, verum ab ipso Anaxagora profecta esse, intelligitur ex eo, quod eadem sententia a tot scriptoribus memoratur. Quidni Anaxagoram illud placitum saepius in libro suo protulisse arbitremur? Bis saltem haec iam repetit Simplic. in phys. Aristot. p. 33. b. cf. fragm. 17. et not. ad h. l. Hinc facile fieri potuit, ut qui hunc locum, summam Anaxagoreae doctrinae continentem, memoriter afferrent (et memoriter prolatum esse, demonstrat ipsius lectionis diversitas) sic Anaxagoram physica exorsum esse dicerent. Quamobrem haec verba, ut aliud fragmentum, infra iterum apponemus.

Nondum vero criticam huius loci vexati rationem absolvimus. Vix necessarium erit, mentionem facere aliua lectionis πράγματα pro χρήματα Euseb. praep. evang. X, 14, p. 50. Haec enim non sunt genuina verba Anaxagorae, sed explicationis causa tantum adiecta sensum exprimunt[2]). Cf. Plutarch. Plac. philos. I, 3. de hoc Anaxagorae loco: χρήματα λέγων τὰ πράγματα. Ibid. I, 7. τὰ σώματα, quod repetitur ab Euseb. praep. evang. XIV, 16. p. 753. Legendum est sine dubio χρήματα.

Praeterea ante illud ὁμοῦ ss. inveniuntur apud nonnullos verba τὴν ἀρχήν. Sic Plutarch. plac. philos. I, 7. et Euseb. praep. evang. XIV, 16, p. 753. εἰσαγάγει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα. Euseb. praep. evang.

1) Ritter Gesch. d. Ion. Philos. p. 210. „zusammengezogen ist der Anfang mit später folgenden Lehren, in allen den Stellen, wo sogleich die Weltbildung durch den νοῦς auf den Urzustand folgt."

2) Eusebius sequitur alios, nec ipsum Anaxagorae librum ante oculos habuit. Saepius nominat, quorum testimonio nititur. Vid. supr.

X, 14, p. 504. ἦν γὰρ τὴν ἀρχὴν τὰ πράγματα κ. Cf. Schol. Hesiod. Theogon. p. 265. b. χρήματά ποτε κ. τ. λ. eodem modo, ut in Aristot. phys. III, 4. quod eundem sensum habere videtur. Aristot. phys. VIII, 1. ὁμοῦ πάντων ὄντων καὶ ἠρεμούντων τὸν ἄπειρον χρόνον κ. τ. λ. Opponitur huic vocabulo εἶτα, ut legitur in Diogen. Laërt. II, 3. Dionys. Halicarnass. Rhet. 57. quamquam uterque illud τὴν ἀρχὴν omittit. In re ipsa nihil est, quod offendat: attamen Simplicii rationem praeferendam esse censeo, siquidem aliorum testimonia incerta sunt. Quod si Simplic. in Aristot. phys. p. 33. b. ita incipit: διὰ τοῦ πρώτου τῶν φυσικῶν λέγων ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁμοῦ κ. τ. λ. hoc idem esse videtur, quod dicit p. 37. a. ἅπερ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ συγγράμματος τίθησιν κ. τ. λ., etsi non refragabor aliter interpretanti. Fortasse utraque ratio defendi potest, si saepius eadem, sed paullo aliter ab Anaxagora dicta esse putamus, quod factum videri, iam in antecedentibus monuimus.

Pro ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα legitur apud Aristot. Metaph. X, 6. ἄπειρα δὲ πλήθει καὶ μικρότητι; in Simplic. ad Aristot. Coel. p. 149. b. ἄπειρα καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ σμικρότητι et in seqqu. τὸ γὰρ μικρὸν ἄπειρον ἦν· καὶ πάντων τῶν ὄντων ἓν οὐδὲν δῆλον ἦν ὑπὸ τῆς σμικρότητος. Unde haec diversitas lectionis explicanda sit, videre licet in iis, quae supra de hac re iam dicta sunt.

Quibus expositis progrediamur ad sensum huius loci explicandum et illustrandum. Omnes res, quae nunc secretae et separatae sunt, erant quondam simul, vere confusae, ita ut altera sine altera non esset, πᾶν ἐν παντί. Ὁμοῦ similiter dici a Pherecyde v. 59. p. 62. ed. *Sturz.* iam monuit *Carus* d. fontib. Cosmo-Theolog Anaxag. p. 699. Cf. Parmenid. in Commentatt. eleat. auct. *Brandis*, p. 125. Πάντα χρήματα, omnes res, quotquot sunt nunc discretae, πράγματα,

σώματα. In ista rudi indigestaque mole omnia inerant, quae deinceps mentis vi ac voluntate, etsi non penitus, secernebantur: materia infinita constabat ex particulis similibus inter se, minutis et primum confusis, Cic. Acad. Quaest. II, 37. Sunt omnia ὁμοῦ τεταραγμένα πρόσθεν, ut est in versu Timonis Sillographi, apud Diog. Laërt. II, 6. πράγματα ὁμοῦ πεφυρμένα s. ἐν ἀταξίᾳ, Euseb. praep. evang. X, 14, p. 804. ὁμοφυῆ, Cedren. chronic. p. 130. Sic ἡ τῶν ὁμοιομερῶν πολυμιγία, Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 6. Mens vero παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις, Herm. irris. gentil. philos. 6. p. 218. ed. Oxon. 1700. Huic rerum conditioni opponitur διάκρισις et διακόσμησις τοῦ παντὸς, de qua deinceps uberius videndum erit. — ἄπειρα. Quonam modo infinita sint, statim adiicit ipse se. καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα, multitudine et parvitate, h. e. ita ut multitudo et parvitas singularum rerum hac ratione confusarum infinita dicenda sit, quippe quae terminari nequeat. Haec ὁμοιομερῆ στοιχεῖα ut vocantur, infinita esse, in multis veterum scriptorum locis traditur. Simplic. in phys. Aristot. p. 104. a. οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον τῷ πλήθει τῶν ἀρχῶν τὸ ἄπειρον συμβεβηκέναι φασίν. Id. p. 106. a. Ἀναξαγόρας ἀπείρους τῷ πλήθει τὰς ὁμοιομερείας ὑποτιθέμενος. p. 35. a. ὅτι ἄπειρα ἦν, εὐθὺς ἀρχόμενος λέγει. p. 6. b. εἰ δέ τις τὴν μῖξιν τῶν ἁπάντων ὑπολάβοι μίαν εἶναι φύσιν, ἀόριστον καὶ κατ' εἶδος, καὶ κατὰ μέγεθος, συμβαίνει δύο τὰς ἀρχὰς αὐτὸν λέγειν, τὴν τοῦ ἀπείρου φύσιν, καὶ τὸν νοῦν. Simplic. in Aristot. Coel. p. 55. a. ἀλλ' ἐκ διωρισμένων ἀπείρων τῷ πλήθει συνιστάμενον (sc. ἓν ἕκαστον) ὡς Ἀναξαγόρας ἐδόκει λέγειν, καθ' ἕκαστον εἶδος ἀπείρους τῷ πλήθει ὁμοιομερείας. Origen. philosoph. 8. τὰς δ' ὑλικὰς ἀρχὰς ἀπείρους ὑπάρχειν, καὶ τὰς σμικροτέρας αὐτῶν ἄπειρα λέγει. Aristot. d. Xenoph. Zenon. et Gorg. 2. ὡς καὶ τὸν Ἀναξα-

γόραν φασί τινες λέγειν, ἐξ ἀπείρων καὶ ἀπείρων τὰ γενόμενα γίνεσθαι. Sext. Empir. adv. Mathem. X, 318. ἐξ ἀπείρων δὲ ἐδόξαζεν τὴν τῶν πραγμάτων γένεσιν ὁ περὶ Ἀναξαγόραν. Cic. Acad. Quaest. II, 37. materia infinita. Clem. Alexandr. admon. ad gent. 43. οἱ δὲ ὅσοι τὰ στοιχεῖα ὑπερβάντες ἐπολυπραγμόνησάν τι ὑψηλότερον καὶ περιττότερον, οἱ μὲν αὐτῶν τὸ ἄπειρον καθύμνησαν, ὧν Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος ἦν, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καὶ ὁ Ἀθηναῖος Ἀρχέλαος. Quamobrem vocantur homoeomeriae etiam ἡ ἀπειρία, vid. Aristot. Metaph. I, 6. Ἀναξαγόρας δὲ τὴν τῶν ὁμοιομερῶν ἀπειρίαν. Clem. Alex. l. c. τούτω μέν γε ἄμφω (loquitur de Anaxagora atque Archelao) τὸν νοῦν ἐπεστησάτην τῇ ἀπειρίᾳ.

Σμικρόε, σμικρότης, forma, qua Anaxagoras semper utitur. — Καὶ γὰρ ponitur pro simplici γάρ, ut Latinorum etenim saepissime iam in Homero. Sic his vocabulis etiam utitur Anaxagorae coaevus Aeschylus in Pers. 356. ubi vid. Schütz. Καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. Iunguntur haec ἀσυνδετικῶς cum antecedentibus.

Καὶ πάντων ὁμοῦ ἐόντων. Saepius haec ab Anaxagora repetuntur, vid. supr. εὔδηλον, conspicuum, quod facile in adspectum cadit; cf. fragm. 5. οὐδὲ χροιὴ εὔδηλος ἦν, κ. τ. λ. Quamquam in Stephani thesauro nullus citatur praeter Alexandrum Aphrodisiensem, qui hac voce usus sit, in ipso vocabulo tamen nihil inest, quod ab usu prioris aevi abhorreat, quid? quod invenitur etiam in Aeschyl. Pers. 1004. εὔδηλα γάρ, et in fragmento Diogenis Apolloniatae apud Simplic. in phys. Aristot. p. 32. b. καὶ τοῦτο εὔδηλον, ita ut de hac re dubitari nequeat. Sic etiam Plat. Republ. VI. p. 491. St. 287, 20. Bekk. λάβου τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὅλου αὐτοῦ ὀρθῶς, καί σοι εὔδηλόν τε φανεῖται καὶ οὐκ ἄτοπα δόξει τὰ προειρημένα περὶ αὐτῶν. Quamquam nonnulli Codd. praeb. ἔνδηλον.

Comparandum esse videtur Homericum εὐδείελον, cf. Schol. ad Hom. Od. II, fin. ἐν ὑπερβορίᾳ αὐτοῦ εὐδήλου καὶ φανερὰν, καθὸ νῆσός ἐστι, et ad I, 21. Apollon. Lex. Homer. s. v. Eustath. ad Od. I, p. 1615. εὐδείελος) ἤγουν εὐπεριόριστος καὶ εὐόρατος ἀπὸ τοῦ δῆλος, ἐξ οὗ κατὰ διαίρεσιν δέελος. Zonar. s. v. Etymol. Magn. s. v. Schol. ad Pind. IV, 36. Attamen illud εὐδείελον aliter quoque explicatur, ut locc. citt. videre licet: ὑπὸ σμικρότητος, i. e. quamquam omnia, verbi causa, terrena, humida, calida, aliaque iam re vera erant, nec gignebantur ex aliis, tamen inter se commixta et quidem tam parva erant, ut ob ipsam parvitatem singula oculis conspici non possent, sed unam rudem indigestamque molem efficere viderentur. Aristot. Coel. III, 3. τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα, λέγω δ' οἷον σάρκα, καὶ ὀστοῦν, καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον, ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μίγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων· εἶναι γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐξ ἀοράτων ὁμοιομερῶν πάντων ἠθροισμένον. — Πάντα sc. inter se hac ratione confusa et mixta, ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχεν, aër et aether amplexu continebant. Anaxagoram vocabulo αἰθὴρ saepius usum esse, ut ignem significaret, plures loci ostendunt. Aristot. Coel. I, 3. Ἀναξαγόρας δὲ καταχρῆται τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς· ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ τοῦ πυρός. Simplic. ad h. l. p. 27. b. ἐπιλαμβάνεται δὲ Ἀναξαγόρου οὐ καλῶς ἐτυμολογοῦντος τὸ τοῦ αἰθέρος ὄνομα ἀπὸ τοῦ αἴθειν. Aristot. Coel. III, 3. τὸ γὰρ πῦρ καὶ τὸν αἰθέρα προσαγορεύει τὸ αὐτό. Aristot. Meteor. I, 3. ὁ γὰρ λεγόμενος αἰθὴρ παλαιὰν εἴληφε τὴν προσηγορίαν, ἣν Ἀναξαγόρας μὲν τῷ πυρὶ ταὐτὸν ἡγήσασθαί μοι δοκεῖ σημαίνειν· τά τε γὰρ ἄνω πλήρη πυρὸς εἶναι, κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν αἰθέρα καλεῖν ἐνόμισε. Simplic. in Aristot. Coel. p. 148. b. ὁ δὲ Ἀναξαγόρας πολλάκις τῷ ὀνόματι τοῦ αἰθέρος ἀντὶ τοῦ πυρὸς κέχρηται. Plut. Plac. philos. II, 13. Ἀναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν

κ. τ. λ. Quaeritur vero, num haec verba πάντα γὰρ — κατεῖχεν antecedentibus non repugnent, in quibus omnia esse in omnibus dixerat, cum hoc loco aërem et aethera ut res a reliqua rudi indigestaque mole secretas afferat? Equidem rem ita expediendam esse censeo. Quamquam mentis vi ac voluntate ista congeries primum secernebatur, tamen iam antea aër et aether proprio suo pondere super graviora sursum ferebantur, ut tamen nihilominus in reliquis rebus haud exigua pars eorum remaneret. Quamobrem recte dici potest, πᾶν ἐν παντὶ, et tamen omnia aëre et aethere contineri: unde fit, ut nulla earum rerum appareat, quae nunc sunt, sed inter se commixtae Chaos constituant. Uberius haec ipse explicat Anaxagoras sequentibus verbis: ταῦτα γὰρ μέγιστα κ. τ. λ. ταῦτα refer ad aërem et aethera. μέγιστα, ut statim adiicit πλήθει καὶ μεγέθει. Omnia sunt ἄπειρα πλῆθος, aër et aether autem sunt μέγιστα[1]). Hinc patet, notionem τοῦ ἀπείρου non satis accurate a Clazomenio esse constitutam ac definitam[2]), quod etiam ex aliis eius placitis manifeste prodit. ἔνεστιν ἐν τοῖς σύμπασι, insunt in omnibus rebus, aërea et aetherea non prorsus abscissa et remota sunt ab aliis rebus: sunt maxima, sunt in omnibus, continent, vel amplectuntur reliqua.

Sensus igitur huius fragmenti paucis ita potest ex-

1) *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 273. „welcher die Luft und den Aether, d. h. das Feuer nach dem gewöhnlichen Sprachgebrauche, für *die unendlichen Bestandtheile der Mischung* ansah, die alles umfassen und auch zuerst aus dem All ausgesondert werden, wahrscheinlich eine noch unvollkommene Sonderung, die daher noch viele Bestandtheile der Dinge in sich vermischt enthält."

2) *Ritter*, p. 273. not. „man bemerke hierbey die Unbestimmtheit in dem Gebrauche des Wortes ἄπειρον, von zwei sich begrenzenden Stoffen."

plicari. Antequam mentis vi atque consilio universus mundus formaretur, fuit Chaos quoddam, rudis indigestaque moles, semina rerum postea ex ista congerie secretarum continens, ita quidem, ut omnes res, quot qualesve sunt, eo tempore iam vere essent confusae, non seorsim, sed simul, ὁμοῦ. Infinita erat harum rerum multitudo: maximam autem partem efficiebant aër et aether, qui quidem omnia reliqua circumiecta continebant. Erat igitur Chaos, ex quo mundus ortus esset. Quamobrem sunt, qui ad hoc Anaxagoreum dogma respexisse putent Ovidium, initio Metamorph. I, v. 5—9.

Ante mare et tellus et quod tegit omnia, coelum,
Unus erat toto Naturae vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles;
Nec quidquam nisi pondus iners; congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

et v. 15—20:

Quaque fuit tellus, illic et pontus et aër,
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
Lucis egens aër; nulli sua forma manebat.
Obstabatque aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Nulla vero causa satis idonea excogitari potest, quae Ovidium Anaxagorea ista in mente habuisse nobis persuadeat [1]). Iam ante Anaxagoram Hesiodus aliique poëtae Chaus mentionem fecerant, nec hoc, quale describitur apud Ovidium, proprium est Anaxagorae. Ovidius secutus est poëtas et fabulas antiquissimas, quae itidem physicis prioris aevi, maxime Ionicis obversabantur [2]), unde etiam Anaxagoras sua aliquatenus

1) Cf. *Gierig.* ad Ovid. l. c.

2) vid. *Bouterwek* comment. de primis Graecorum philosopho-

saltem hausisse videri potest, si quidem non prorsus nova protulit, verum potius aliorum vestigia secutus alia addidit, alia immutavit. Cf. Tzetz. exeg. in Iliad. p. 41. ed. *Hermann.* οἶμαι δὲ, καὶ ἀρχαιογονίας λόγους ἐξέθετο,

> πῶς οὐρανός τε γαῖα τ' ἦν, μορφὴ μία,
> ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα
> τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκεν εἰς φάος,

καθά φησιν Ὀρφεύς τε ὁ παλαιὸς, καὶ Ἡσίοδος, Ἐμπεδοκλῆς τε σὺν αὐτοῖς ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καὶ ὁ τοῦ Ἀναξαγόρου τουτουὶ μαθητὴς Εὐριπίδης. — καὶ ἕτεροι δὲ τῶν φυσικῶν ὁμοίως τούτοις φασὶν, ὅσοι τέως τὸν κόσμον γενητὸν καὶ φθαρτὸν ὑποτίθενται, ἀλλ' οὐχ ὡς Ὅμηρος, ἄφθαρτον. Sic, quamquam non accurate, Aristoteles Hesiodum eadem, quae Anaxagoras protulit, docuisse contendit, vid. Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 6.

Quae ut etiam clariora fiant, uberius illustranda sunt comparatione aliorum systematum antiquissimorum, ita ut luculenter appareat, quibus in rebus conveniant, quibus differant, utque accuratius intelligatur quale fuerit Chaos ab Anaxagora h. l. descriptum. Inde enim ipsa dogmata Anaxagorea lucem accipient, quae sequuntur.

Antiquissimi Graecorum philosophorum erant physici, rerumque naturam quam accuratissime poterant, perscrutabantur. Hinc factum est, ut Ionici, qui ex gentis suae indole, in aliis etiam rebus conspicua, ad externa potissimum et in sensus cadentia animum adverterent, rerum originem et mutationem, τὴν γένεσιν pro fundamento ponerent, cui reliqua superstruerent. Sic *Thales*, *Anaximander*, *Anaximenes*, *Heraclitus*, *Diogenes Apolloniates*. His oppo-

rum decretis physicis, in Comment. Soc. Gotting. Recent. II. cf. Gött. Gel. Anz. 1812. p. 97 ss.

nuntur, Dores, praecipue Eleatici, qui sensus fallaces relinquentes, mentis acumine altius progressi quaerebant, quid in perpetua rerum mutatione stabile ac firmum esset. Horum placita referre hic non attinet; subsistamus in physicis. Quorum alii, ut Ionici supra dicti, ex uno elemento per mutationem (*ἀλλοίωσιν*) mundum ortum esse, alii res ipsas secretione (*διακρίσει*) partium iam antea re vera exsistentium formari censebant[1]). Huc referri debent *Leucippus* et *Democritus*, concursu atomorum mundum efficientes, tum *Anaxagoras* atque *Empedocles*, quorum alter partibus similibus inter se, alter quatuor elementis rerum originem explicaret. Vid. Aristot. d. Gen. et Corr. I, 1. *τῶν μὲν οὖν ἀρχαίων οἱ μὲν τὴν καλουμένην ἁπλῆν γένεσιν ἀλλοίωσιν εἶναί φασιν. Οἱ δ' ἕτεροι, ἀλλοίωσιν καὶ γένεσιν. Ὅσοι μὲν γὰρ ἕν τι τὸ πολὺ εἶναι λέγουσι, καὶ πάντα ἐξ ἑνὸς γεννῶσι, τούτοις μὲν ἀνάγκη ἀλλοίωσιν τὴν γένεσιν φάναι, καὶ τὸ κυρίως γιγνόμενον ἀλλοιοῦσθαι. Ὅσοι δὲ πλείω τὴν ὕλην ἑνὸς τιθέασιν, ὥστε Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Λεύκιππος, τούτοις ἕτερον.* Qui *γένεσιν* per *ἀλλοίωσιν* explicabant, omnia ex una materia, verbi causa ex aqua, ut Thales, ex aëre, ut Anaximenes, et fieri et formari autumabant; hi sunt *ἓν εἶναι λέγοντες*, Aristot. l. c. Contra a Leucippo, Democrito, Anaxagora atque Empedocle *γένεσις καὶ φθορὰ* explicatur per *σύγκρισιν* et *διάκρισιν* corpusculorum antea iam exsistentium. Simplic. in phys. Aristot. p. 245. a. *ἐπειδὴ γὰρ τοῖς περὶ Ἀναξαγόραν, Λευκίππῳ καὶ Δημοκρίτῳ πᾶσα γένεσις καὶ φθορὰ συγκρίσει καὶ διακρίσει γίνεσθαι ἐδόκει κ. τ. λ.* Plut. plac. philos. I, 17. *οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὰς τῶν στοιχείων μίξεις κατ' ἀλλοίωσιν· οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον κατὰ σύγκρισιν.*

1) Simplic. in phys. Aristot. p. 35. a. *ἥτε γὰρ ἀλλοίωσις πάθος περὶ τὸ ὄν ἐστι. Καὶ ἡ σύγκρισις καὶ ἡ διάκρισις περὶ τὰ ὄντα.*

παράθεσιν[1]). Ibid. I, 30. Ἀναξαγόρας ὁμοίως (sc. Empedocli) τὴν φύσιν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τουτέστι γένεσιν καὶ φθοράν. Stob. eclog. phys. I, 18, 1. Ἀναξαγόρας τὰς κράσεις κατὰ παράθεσιν γίγνεσθαι τῶν στοιχείων. Opponitur Thaleti, vid. *Heeren* ad h. l. Simplic. in Aristot. Coel. p. 148. a. τοῖς μὲν λέγουσι συγκρίσει ἢ διακρίσει τὴν γένεσιν γίνεσθαι, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας. Id. p. 71. a. ἐπεὶ δὲ καὶ Πλάτων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας καί τινες ἄλλοι τῶν φυσικῶν τὴν τῶν συνθέτων ἐκ τῶν ἁπλῶν γένεσιν κατὰ τὸν ἐξ ὑποθέσεως τοῦτον τρόπον ἐοίκασιν παραδιδόναι, τὴν τῶν φαινομένων ἀνάλυσιν εἰς τὰ ἁπλᾶ ποιοῦντες, καὶ ἐκ τῶν ἁπλῶν τὴν σύνθεσιν εἰσηγούμενοι, ὡς εἰ καὶ προϋπῆρχε χρόνῳ τὰ ἐξ ὧν γίνεται τὰ γινόμενα.

Sumitur his locis vocabulum γίνεσθαι duplici significatu. Est enim aut i. q. fieri, ita ut res non amplius sit ea, quae antea fuit, ut novum aliquid exoriatur, ἀλλοιοῦσθαι, aut usurpatur de illis rebus, quae συγκρίσει et διακρίσει sive elementorum, sive atomorum, sive homoeomeriarum formantur. Hac ratione utrumque dici recte potest: γένεσις γίνεται συγκρίσει ἢ διακρίσει, vel γένεσις non est: alio enim sensu accipienda est haec vox. Cf. fragm. 21. quod hac nostra disputatione illustratur[2]). Simplic. in Aristot. Coel. p. 46. a. οἱ μὲν ἀναιροῦσι γένεσιν, διακρίσει ὑφιστά-

---

1) Παράθεσις l. l. est i. q. σύγκρισις καὶ διάκρισις, etsi proprie magis de Leucippi et Democriti atomis usurpatur hoc vocabulum. Opponitur ἀλλοίωσις. Cf. Stob. loc. sequ.

2) Quae si accurate tenentur, defendunt Anaxagoram contra Aristotelem, qui d. Gen. et Corrupt. I. 1. haec habet: καίτοι Ἀναξαγόρας γε τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόησε. Λέγει γοῦν, ὡς τὸ γίγνεσθαι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι ταὐτὸν καθέστηκε τῷ ἀλλοιοῦσθαι. Poterat Clazomenius hoc iure quodam dicere: ex eius enim sententia nihil fit per se (ἁπλῆ γένεσις), sed iam est, et per σύμμιξιν et διάκρισιν in aliam rem mutatur, ἀλλοιοῦται, (alio sensu, quam eo, quo priores Ionici hoc vocabulo utuntur.)

ναι λέγοντες πάντα, ὡς Ἀναξαγόρας. Aristot. Met. I, 3. σχεδὸν γὰρ ἅπαντα ὁμοιομερῆ στοιχεῖα, καθάπερ ὕδωρ ἢ πῦρ, οὕτω γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαί φησι, συγκρίσει καὶ διακρίσει μόνον· ἄλλως δ᾽ οὔτε γίγνεσθαι, οὔτε ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ διαμένειν ἀΐδια. Stob. eclog. phys. I, 21. r. Ἐμπεδοκλῆς, Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, Ἐπίκουρος καὶ πάντες, ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν τῶν λεπτομερῶν σωμάτων κοσμοποιοῦσι, συγκρίσεις μὲν καὶ διακρίσεις εἰσάγουσι, γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς οὐ κυρίως. Οὐ γὰρ κατὰ τὸ ποιὸν ἐξ ἀλλοιώσεως, κατὰ δὲ τὸ ποσὸν ἐκ συναθροισμοῦ ταῦτα γίγνεσθαι. Simplic. in Aristot. phys. p. 50. a. οἱ δὲ πολλὰ μὲν ἐνυπάρχοντα δὲ ἐκκρίνεσθαι ἔλεγον, τὴν γένεσιν ἀναιροῦντες, ὡς Ἀναξίμανδρος καὶ Ἀναξαγόρας. Ibid. p. 121. b. τοιγαροῦν καὶ φθορὰν ἀνεῖλόν τινες, ὡς οἱ περὶ Ἀναξαγόραν. Ioann. Grammat. in Aristot. d. Gen. et Corr. p. 4. a. καὶ οἱ περὶ Δημόκριτον δὲ τῇ συγκρίσει τῶν ἀτόμων τὴν γένεσιν ἔλεγον γίνεσθαι, τῇ διακρίσει δὲ τὴν φθορὰν, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἀναξαγόρας ἐκκρινομένας τὰς ὁμοιομερείας καὶ συνιούσας ἀλλήλοις, δηλονότι ἢ σάρκα ποιεῖν, ἢ ὀστοῦν, οὐ γινομένης τῆς σαρκὸς φύσεως, ἀλλὰ φαινομένης τῷ πλείονας σαρκὸς ὁμοιομερείας εἰς ταὐτὸν συνελθεῖν.

Caeterum quamquam Leucippus, Democritus, Anaxagoras et Empedocles iunctim opponuntur illis physicis, qui rerum originem ex mutatione unius elementi, (ἀλλοίωσις ἐξ ἑνὸς) derivarent[1]), tamen inter se iterum differunt eo, quod Leucippus et Democritus materiam infinitam ex corpusculis individuis, ex atomis constare dicunt, iisque nullo colore, nulla vi praeditis, separatis, non coniunctis[2]): Empedocles autem et Anaxagoras unam quandam congeriem fuisse contendunt, e qua reliqua orta sint[3]). Porro Anaxagorae et Em-

1) ἓν εἶναι λέγοντες.

2) πολλὰ εἶναι λέγοντες.

3) ἓν καὶ πολλὰ λέγοντες. Vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 33. a. ubi his praemissis sic pergit: καὶ γὰρ Ἀναξαγόρας τὰς ὁμοιο-

pedoclis iterum diversa est ratio, siquidem illi in materia confusa esse videntur infinitae homoeomeriae, huic vero quatuor tantummodo elementa. Aristot. d. Gen. et Corr. I, 1. *ἐναντίως δὲ φαίνονται οἱ περὶ Ἀναξαγόραν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα. ὁ μὲν γάρ φησι πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν στοιχεῖα τέσσαρα καὶ ἁπλᾶ εἶναι μᾶλλον ἢ σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὁμοιομερῶν· ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἁπλᾶ καὶ στοιχεῖα· γῆν δὲ καὶ πῦρ καὶ ἀέρα σύνθετα. — πολλὰ δὲ λέγει στοιχεῖα, καθάπερ καὶ ἕτεροι. Ἐμπεδοκλῆς μὲν γὰρ τὰ μὲν σωματικὰ τέσσαρα, τὰ δὲ πάντα μετὰ τῶν κινούντων ἓξ τὸν ἀριθμόν. Ἀναξαγόρας δὲ ἄπειρα καὶ Λευκίππος καὶ Δημόκριτος. Ὁ μὲν γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, ὥςτε ὀστοῦν, καὶ σάρκα, καὶ μυελὸν, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἑκάστου τὸ μέρος συνώνυμόν ἐστι.* Ioann. Grammat. in Aristot. d. Gen. et Corrupt. p. 3. b. fin. *ἐναντίως, φησὶν, Ἀναξαγόρας ἐδόξασε τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα περὶ τῶν στοιχείων. ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς πρῶτά φησιν εἶναι καὶ ἁπλούστατα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. ἐκ τούτων*

μερείας κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὰς θέμενος, ἀπείρους ἔλεγε ταύτας, καὶ τὸ ποιητικὸν δὲ αἴτιον ἓν ἔλεγεν εἶναι, τὸν διακρίνοντα νοῦν. — καὶ Θεόφραστος δὲ τὸν Ἀναξαγόραν εἰς Ἀναξίμανδρον συνηθῶν, καὶ οὕτως ἐκλαμβάνει τὰ ὑπὸ Ἀναξαγόρου λεγόμενα, ὡς δύνασθαι μίαν αὐτὸν φύσιν λέγειν τὸ ὑποκείμενον. Γράφει δὲ οὕτως ἐν τῇ φυσικῇ ἱστορίᾳ. „Οὕτω μὲν οὖν λαμβανόντων, δόξειεν ἂν ποιεῖν τὰς μὲν ὑλικὰς ἀρχὰς ἀπείρους, ὡς εἴρηται· τὴν δὲ τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν μίαν. εἰ δέ τις τὴν μίξιν τῶν ἁπάντων ὑπολάβοι μίαν εἶναι φύσιν, ἀόριστον καὶ κατ᾽ εἶδος καὶ κατὰ μέγεθος, συμβαίνει δύο τὰς ἀρχὰς αὐτὸν λέγειν, τὴν τοῦ ἀπείρου φύσιν καὶ τὸν νοῦν, ὥςτε φαίνεται τὰ σωματικὰ στοιχεῖα παραπλησίως ποιῶν Ἀναξιμάνδρῳ.“ εἰκότως δὲ μία τοὺς μίαν λέγοντας τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀκίνητον ἢ κινουμένην, πρὸ τῶν πολλὰς μόνον λέγειν δοκούντων, ὡς τῶν περὶ Δημόκριτον τὴν μίαν καὶ πολλὰς ἔταξε· μέσην γὰρ τάξιν ἔχουσι. Κοινωνοῦσι δὲ οὗτοι, τῶν μίαν λεγόντων ἐκείνοις, τοῖς συγκρίσει καὶ διακρίσει τὴν γένεσιν ποιοῦσιν. Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας τοῖς ἐκκρίσει μᾶλλον οἰκειότερος. Διαφέρουσι δὲ ἐκείνων μὲν τῶν μίαν μόνην λεγόντων, τῷ αὐτοὺς μίαν καὶ πολλὰς λέγειν. Cf. *Schleiermacher* über Anaximandr. p. 113.

δὲ συγκρινομένων γεννᾶσθαι τὰ ὁμοιομερῆ ὀστοῦν καὶ σάρκα. Ἀναξαγόρας δὲ ἔμπαλιν σύνθετα φάσκων εἶναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν. καὶ γὰρ ὀστοῦ καὶ νεύρου καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου ὁμοιομερείας ἔλεγεν ὑπάρχειν τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπειδὴ πάντα ἐκ τούτων ἄθρα γινόμενα. Ἀλλ' ὥσπερ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς ὁμοιομερείας ἔλεγεν καὶ τῶν λοιπῶν, ἅπερ ἡμεῖς σύνθετα φαμὲν, οὕτω καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς. καὶ πάντα μὲν εἶναι ἐν πᾶσι· φαίνεσθαι δὲ ἕκαστον καὶ ὀνομάζεσθαι κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν, ὥστε οὐκ ἐναντίως ἔλεγε τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα· οὐδὲ γὰρ συνθετώτερα ἔλεγε τὰ στοιχεῖα σαρκὸς καὶ ὀστοῦ καὶ τῶν λοιπῶν. Διαφέρουσι δὲ, ὅτι ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς ἀρχὰς ἔλεγε τῶν λοιπῶν τὰ στοιχεῖα, Ἀναξαγόρας δὲ πάντων τὰς ὁμοιομερείας ἀρχὰς φαίνεσθαι δὲ καὶ λέγεσθαι ἕκαστον κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν· εἴπερ δεῖ ἄρα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι τὰ ἀνομοιομερῆ. Simplic. in Aristot. phys. p. 33. a. (sc. διαφέρουσι) τῷ τὰ πολλὰ, ἐξ ὧν τὸ πᾶν τὸν μὲν Ἀναξαγόραν ἄπειρα ὑποτίθεσθαι τὰς ὁμοιομερείας, τὸν δὲ Ἐμπεδοκλῆ πεπερασμένα· τέσσαρα γὰρ τὰ καλούμενα στοιχεῖα, καὶ τὸν μὲν ὁμοιομερείας, τὸν δὲ στοιχεῖα.

Sunt igitur secundum Anaxagoram πάντα ὁμοῦ; non solum terrena, humida, calida, aërea, verum etiam caro, ossa omniaque alia huiuscemodi sunt elementa eodem modo, ut quatuor illa notissima, ab Empedocle prolata. Omnia sunt in omnibus, ita ut in quavis parte illius materiae infinitae reliqua contineantur. Nec cum *Rittero*[1]) putaverim, ex Anaxagorae sententia quatuor illa elementa ex aliis homoeomeriis esse composita. Loca enim, quibus utitur, sunt ambigua, Aristot. Coel. III, 3. ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μίγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων. d. Gen. et Corrupt. I, 1. γῆν δὲ καὶ πῦρ καὶ ἀέρα σύνθετα. Metaph. I, 3. σχεδὸν γὰρ ἅπαντα ὁμοιομερῆ, καθάπερ ὕδωρ ἢ πῦρ. Simplic.

1) Gesch. d. Ion. Philos. p. 271 ss.

pedoclis iterum diversa est ratio, siquidem illi in materia confusa esse videntur infinitae homoeomeriae, huic vero quatuor tantummodo elementa. Aristot. d. Gen. et Corr. I, 1. ἐναντίως δὲ φαίνονται οἱ περὶ Ἀναξαγόραν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα. ὁ μὲν γάρ φησι πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν στοιχεῖα τέσσαρα καὶ ἁπλᾶ εἶναι μᾶλλον ἢ σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὁμοιομερῶν· ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἁπλᾶ καὶ στοιχεῖα· γῆν δὲ καὶ πῦρ καὶ ἀέρα σύνθετα. — πολλὰ δὲ λέγει στοιχεῖα, καθάπερ καὶ ἕτεροι. Ἐμπεδοκλῆς μὲν γὰρ τὰ μὲν σωματικὰ τέσσαρα, τὰ δὲ πάντα μετὰ τῶν κινούντων ἓξ τὸν ἀριθμόν. Ἀναξαγόρας δὲ ἄπειρα καὶ Λευκίππος καὶ Δημόκριτος. Ὁ μὲν γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, ὥςτε ὀστοῦν, καὶ σάρκα, καὶ μυελὸν, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἑκάστου τὸ μέρος συνώνυμόν ἐστι. Ioann. Grammat. in Aristot. d. Gen. et Corrupt. p. 3. b. fin. ἐναντίως, φησὶν, Ἀναξαγόρας ἐδόξασε τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα περὶ τῶν στοιχείων. ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς πρῶτά φησιν εἶναι καὶ ἁπλούστατα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. ἐκ τούτων

μερείας κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὰς θέμενος, ἀπείρους ἔλεγε ταύτας, καὶ τὸ ποιητικὸν δὲ αἴτιον ἓν ἔλεγεν εἶναι, τὸν διακρίνοντα νοῦν. — καὶ Θεόφραστος δὲ τὸν Ἀναξαγόραν εἰς Ἀναξίμανδρον συνηθῶν, καὶ οὕτως ἐκλαμβάνει τὰ ὑπὸ Ἀναξαγόρου λεγόμενα, ὡς δύνασθαι μίαν αὐτὸν φύσιν λέγειν τὸ ὑποκείμενον. Γράφει δὲ οὕτως ἐν τῇ φυσικῇ ἱστορίᾳ. „Οὕτω μὲν οὖν λαμβανόντων, δόξειεν ἂν ποιεῖν τὰς μὲν ὑλικὰς ἀρχὰς ἀπείρους, ὡς εἴρηται· τὴν δὲ τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν μίαν. εἰ δέ τις τὴν μῖξιν τῶν ἁπάντων ὑπολάβοι μίαν εἶναι φύσιν, ἀόριστον καὶ κατ' εἶδος καὶ κατὰ μέγεθος, συμβαίνει δύο τὰς ἀρχὰς αὐτὸν λέγειν, τὴν τοῦ ἀπείρου φύσιν καὶ τὸν νοῦν, ὥςτε φαίνεται τὰ σωματικὰ στοιχεῖα παραπλησίως ποιῶν Ἀναξιμάνδρῳ." εἰκότως δὲ μία τοὺς μίαν λέγοντας τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀκίνητον ἢ κινουμένην, πρὸ τῶν πολλὰς μόνον λέγειν δοκούντων, ὡς τῶν περὶ Δημόκριτον τὴν μίαν καὶ πολλὰς ἔταξε· μέσην γὰρ τάξιν ἔχουσι. Κοινωνοῦσι δὲ οὗτοι, τῶν μίαν λεγόντων ἐκείνοις, τοῖς συγκρίσει καὶ διακρίσει τὴν γένεσιν ποιοῦσιν. Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας τοῖς ἐκκρίσει μᾶλλον οἰκειότερος. Διαφέρουσι δὲ ἐκείνων μὲν τῶν μίαν μόνην λεγόντων, τῷ αὐτοὺς μίαν καὶ πολλὰς λέγειν. Cf. *Schleiermacher* über Anaximandr. p. 113.

δὲ συγκρινομένων γεννᾶσθαι τὰ ὁμοιομερῆ ὀστοῦν καὶ σάρκα. Ἀναξαγόρας δὲ ἔμπαλιν σύνθετα φάσκων εἶναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν. καὶ γὰρ ὀστοῦ καὶ νεύρου καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου ὁμοιομέρειας ἔλεγεν ὑπάρχειν τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπειδὴ πάντα ἐκ τούτων ἄθρα γινόμενα. Ἀλλ' ὥσπερ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς ὁμοιομέρειας ἔλεγεν καὶ τῶν λοιπῶν, ἅπερ ἡμεῖς σύνθετά φαμεν, οὕτω καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς. καὶ πάντα μὲν εἶναι ἐν πᾶσι φαίνεσθαι δὲ ἕκαστον καὶ ὀνομάζεσθαι κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν, ὥστε οὐκ ἐναντίως ἔλεγε τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα· οὐδὲ γὰρ συνθετώτερα ἔλεγε τὰ στοιχεῖα σαρκὸς καὶ ὀστοῦ καὶ τῶν λοιπῶν. Διαφέρουσι δὲ, ὅτι ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς ἀρχὰς ἔλεγε τῶν λοιπῶν τὰ στοιχεῖα, Ἀναξαγόρας δὲ πάντων τὰς ὁμοιομερείας ἀρχὰς φαίνεσθαι δὲ καὶ λέγεσθαι ἕκαστον κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν· εἴπερ οὖν ἄρα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι τὰ ἀνομοιομερῆ. Simplic. in Aristot. phys. p. 33. a. (sc. διαφέρουσι) τῷ τὰ πολλὰ, ἐξ ὧν τὸ πᾶν τὸν μὲν Ἀναξαγόραν ἄπειρα ὑποτίθεσθαι τὰς ὁμοιομερείας, τὸν δὲ Ἐμπεδοκλῆ πεπερασμένα· τέσσαρα γὰρ τὰ καλούμενα στοιχεῖα, καὶ τὸν μὲν ὁμοιομερείας, τὸν δὲ στοιχεῖα.

Sunt igitur secundum Anaxagoram πάντα ὁμοῦ; non solum terrena, humida, calida, aërea, verum etiam caro, ossa omniaque alia huiuscemodi sunt elementa eodem modo, ut quatuor illa notissima, ab Empedocle prolata. Omnia sunt in omnibus, ita ut in quavis parte illius materiae infinitae reliqua contineantur. Nec cum *Rittero*[1]) putaverim, ex Anaxagorae sententia quatuor illa elementa ex aliis homoeomeriis esse composita. Loca enim, quibus utitur, sunt ambigua, Aristot. Coel. III, 3. ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μίγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων. d. Gen. et Corrupt. I, 1. γῆν δὲ καὶ πῦρ καὶ ἀέρα σύνθετα. Metaph. I, 3. σχεδὸν γὰρ ἅπαντα ὁμοιομερῆ, καθάπερ ὕδωρ ἢ πῦρ. Simplic.

1) Gesch. d. Ion. Philos. p. 271 ss.

in Arist. phys. p. 6. b. πάντα γὰρ ὁμοιομερῆ, οἷον ὕδωρ, ἢ πῦρ, ἢ χρυσόν. Simplic. in Aristot. Coel. p. 148. b. ἐξ ὧν καὶ τὰ ὑπὸ Ἐμπεδοκλοῦς στοιχεῖα μικτὰ εἶναι ἔλεγεν, ἀέρα καὶ πῦρ καὶ τἄλλα πάντα. Ibid. p. 149. b. σύνθετα ταῦτα ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν, ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα τὰ αἰσθητὰ σύνθετα ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν ποιεῖ. Ibid. p. 155. a. οὐ τὰ τέσσαρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα, δηλονότι τὰς ὁμοιομερείας στοιχεῖα λέγων, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν εἶναι. Rectissime Ioann. Grammat. in Aristot. d. Generat. et Corrupt. p. 3. b. ἀλλ' ὥσπερ ὀστᾶ καὶ σάρκας ὁμοιομερείας ἔλεγεν καὶ τῶν λοιπῶν, ἅπερ ἡμεῖς σύνθετά φαμεν, οὕτω καὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς. — οὐδὲ γὰρ συνθετώτερα ἔλεγε τὰ στοιχεῖα σαρκὸς καὶ ὀστοῦ καὶ τῶν λοιπῶν. Id. in Arist. phys. p. 10. a. ἐν τῷ ξύλῳ ὁμοιομερεῖ ὅτι ὑπάρχειν καὶ σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ καὶ χρυσὸν καὶ πάντα ἁπλῶς. Omnia igitur αἰσθητά, qualia nunc sensibus percipiuntur, non sunt pura, sed mixta ex omnibus: terra, quam oculis cernimus, non est elementum, ut Empedocli placuit, sed insunt terrenae aliaeque homoeomeriae: eandemque rationem in reliquis obtinuisse censeo.

Interdum comparatur Anaxagoras cum Anaximandro. Simplic. in phys. Aristotelis, p. 6. b. καὶ ταῦτά φησιν ὁ Θεόφραστος παραπλησίως τῷ Ἀναξιμάνδρῳ λέγειν τὸν Ἀναξαγόραν. Ἐκεῖνος γάρ φησιν, ἐν τῇ διακρίσει τοῦ ἀπείρου τὰ συγγενῆ φέρεσθαι πρὸς ἄλληλα, καὶ ὅτι μὲν ἐν τῷ παντὶ χρυσὸς ἦν, γίνεσθαι χρυσὸν, ὅτι δὲ γῆ, γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὡς οὐ γιγνομένων, ἀλλ' ὑπαρχόντων πρότερον — — ὥστε φαίνεται τὰ σωματικὰ στοιχεῖα παραπλησίως ποιῶν Ἀναξιμάνδρῳ. Quamquam haec negari non possunt, tamen diversissima utriusque viri est ratio. Non enim solum quaerendum videtur, quid, sed etiam cur et quomodo dicatur. Haec est secundum Anaximandrum τοῦ ἀπείρου ratio, ut multiplicem formam induere possit, adeoque ex eo res fiant et nascantur, quae nunc sensibus nostris per-

cipiuntur. Fiunt omnia per mutationem, per *ἀλλοίωσιν τοῦ ἀπείρου*, id quod *διάκρισις* quodammodo, quamvis non accurate dici potest. Anaxagorae *ἄπειρον* unum quidem est, sed *τὰ πολλὰ* iam continet, quae motu inde secernuntur. Cf. *Ritter.* Gesch. d. Ion. Philos. p. 222 ss.

Ut accuratius diversitas principiorum in antiquissimorum physicorum placitis appareat, tabulam adumbrabo, qua facilius haec oculis conspici poterunt.

Γένεσις fit
per

ἀλλοίωσιν.
Ionici priores
a Thalete usque ad Heraclitum.
Sunt *ἓν εἶναι λέγοντες.*

σύγκρισιν καὶ διάκρισιν.
Huc pertinent

ἓν καὶ πολλὰ λέγοντες
Empedocles Anaxagoras.

πολλὰ εἶναι λέγοντες
Leucippus et Democritus.

FRAGM. 2.

Καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ ὁ αἰθὴρ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοῦ πολλοῦ· καὶ τόγε περιέχον ἄπειρόν ἐστι τὸ πλῆθος.

Notae.

Haec verba cohaerent cum antecedentibus. Quod quum ex nexu sententiarum per se satis manifeste eluceat, patet etiam ex Simplicio, qui p. 33 b. post illa, quae in fragmento primo allata sunt, pergit: *καὶ μετ' ὀλίγον καὶ γάρ κ. τ. λ.* *Ἀποκρίνεσθαι* vocabulum hac in re proprium, quo saepius utitur Clazomenius. *Τὸ περιέχον* cf. Viger. d. Idiotism. ling. Gr. p. 345. *ὁ ἀὴρ καὶ ὁ αἰθὴρ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ περι-*

ἔχοντος τοῦ πολλοῦ h. e. aër et aether non sunt extrema in ingenti ista homoeomeriarum mole, sed cinguntur *τῷ περιέχοντι*, quod quale sit, accuratius ab Anaxagora non describitur: in quo vero *ἡ τῶν ὁμοιομερῶν πολυμιγία* inesse sine dubio ipsi visa est. *Τὸ περιέχον* circumiectu suo reliqua ambit et amplectitur. cf. *Ritter*. p. 27. Nec repugnat Aristot. phys. III, 5. *Ἀναξαγόρας δ' ἀτόπως λέγει περὶ τῆς τοῦ ἀπείρου μονῆς. στηρίζειν γὰρ αὐτὸ αὐτό φησι τὸ ἄπειρον. τοῦτο δὲ ὅτι ἐν αὐτῷ, ἄλλο γὰρ οὐδὲν περιέχει κ. τ. λ.* Simplic. ad h. l. p. 112. b. *ἐκεῖνος γὰρ ἀκίνητον λέγων τὸ ἄπειρον τῶν ὁμοιομερῶν μίγμα, αἴτιον λέγει τῆς ἀκινησίας, οὐ τὸ ἐν τῷ οἰκείῳ εἶναι τόπῳ. οὐδὲ γὰρ ὅλως εἶναι ἐν τόπῳ, διὰ τὸ ἄπειρον ὂν μὴ περιέχεσθαι ὑπό τινος, ὡς δὴ τοῦ περιέχοντος μείζονος εἶναι ὀφείλοντος τοῦ περιεχομένου, τοῦ δὲ ἀπείρου μηδὲν ὀφείλοντος ἔχειν ἑαυτοῦ μεῖζον.* Aliud enim est *τὸ περιέχον*, de quo loquuntur scriptores citati: aliud, cuius fit mentio in fragmento Anaxagorae, siquidem est *τὸ ἄπειρον*, quod nulla alia re circumdatur.

Mirum vero quodammodo videri potest, iam hoc loco *ἀπόκρισιν* aëris et aetheris commemorari, cum nondum de mente sermo sit, cuius vi secretionem omnium rerum secundum Anaxagoram factam esse, neminem fugit. Fuit igitur haec secretio non absoluta, sed aër et aether suo pondere super graviora elati et multitudine reliqua superantes cingebant *τὸ πᾶν*. Cf. *Ritter*. Gesch. d. Ion. Philos. p. 275. „welcher die Luft und den Aether, d. h. das Feuer nach dem gewöhnlichen Sprachgebrauche, für die *unendlichen Bestandtheile* der Mischung ansah, die alles umfassen und auch zuerst aus dem All ausgesondert werden, wahrscheinlich eine noch unvollkommnere Sonderung, die daher noch viele Bestandtheile der Dinge in sich vermischt hält.“ Id. p. 276. 277. „Anaxagoras sagte, in dem Urzustande der Homoeomerien wären der unendliche Aether und die unendliche Luft, die grössten unter allen Dingen

an Menge und Grösse, gemischt, und bald darauf hinzufügt, Luft und Aether sonderten sich von dem das Viele Umfassenden, welches unendlich ist, aus" u. s. w. Experientia ipsa edocuit Anaxagoram, aeris et aetheris maiorem esse multitudinem quam particularum terrenarum et humidarum.

F R A G M. 3.

Τουτέων δὲ οὕτως ἐχόντων χρὴ δοκέειν ἐνεῖναι πολλά τε καὶ παντοῖα, ἐν πᾶσι τοῖς συγκρινομένοις, καὶ σπέρματα πάντων χρημάτων, καὶ ἰδέας παντοίας ἔχοντα, καὶ χροιὰς καὶ ἡδονάς.

Notae.

Vid. Simplic. p. 33. b. post illa, quae in secundo fragmento attulimus, haec habet, dicens: *καὶ μετ' ὀλίγα.* Inveniuntur eadem iterum in fine eiusdem paginae: in altero loco legitur *χρὴ δοκεῖν εἶναι*, in altero *ἐνεῖναι*, contra *ἓν εἶναι* invenitur in Simplic. in phys. Aristot. p. 8. a. *λέγει γὰρ μετ' ὀλίγα τῆς ἀρχῆς τοῦ πρώτου περὶ φύσεως Ἀναξαγόρας οὕτως, τ ο ύ τ ω ν κ. τ. λ.* Sine dubio haec lectio ex errore orta est, quamquam Anaxagorae placitis haud repugnat. Scribendum praeterea videtur *τουτέων* pro *τούτων*, ut in fragm. 20. et 21. deinde *δοκέειν*, ut *περιχωρέειν* in fragm. 9. Bene haec cohaerent cum prioribus. *Τ ο ύ τ ω ν ο ὕ τ ω ς ἐ χ ό ν τ ω ν* h. e. ita inter se mixtis, ut *ἐν παντὶ πᾶν* esset. *σ υ γ κ ρ ί ν ε ι ν* opponitur *τῷ ἀ π ο κ ρ ί ν ε ι ν, δ ι α κ ρ ί ν ε ι ν*: est ergo i. q. componere. *σ π έ ρ μ α τ α π ά ν τ ω ν χ ρ η μ ά τ ω ν* sunt homoeomeriae, e quibus corpora componuntur. (Vid. *Köhler*. animadverss. in Senec. Nat. Quaest. III, 10. r. p. 406.) Cf. fragm. 6. *σ π ε ρ μ ά τ ω ν ἀπείρων.* Aristot. Coel. III, 3. *τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ στοι-*

χεῖα, λέγω δὲ οἷον σάρκα, καὶ ὀστοῦν, καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον, ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μῖγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων. Simplic. in Aristot. Coel. p. 148. b. τὰ ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκα, καὶ ὀστοῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα, σπέρματα ἐκάλει. Similiter Ovid. Metam. I, 9. *semina* rerum. Non autem semina animalium et plantarum h. l. intelligenda esse putaverim, Iren. adv. haeret. II, 14. Theophr. Hist. Plant. III, 2. Sic explicat hoc vocabulum Alexand. Aphrodis. ap. Simplic. in Aristot. phys. p. 36. a. ἀντὶ τοῦ τὰ σπέρματα εἶπεν· ἐκ γὰρ τούτων ἡ τῶν φυτῶν σύνθεσις εἴη ἄν· καὶ διὰ τοῦτο μετ' ὀλίγον ἀντὶ τοῦ καρποῦ σπέρμα ἔλαβεν, ὡς μόριον τοῦ φυτοῦ· ἐν οἷς λέγει, ὥςτε οὔτε σὰρξ εἴη ἂν ὁπηλικοῦν οὔτε ὀστοῦν, οὔτε σπέρμα τῶν φυτῶν. Cf. *Ritter*. Gesch. d. Ion. Philos. p. 268. 269. „diese Saamen, unendlich an Menge, für nichts anderes, als die Homoeomerien in ihrem ganzen Umfange zu nehmen, möchte wohl dem Sinne des Anaxagoras gemässer seyn, als die Behauptung des Alexandros von Aphrodisea, dass er dadurch die Urbestandtheile der Pflanzen habe anzeigen wollen." καὶ ἰδέας παντοίας ἔχοντα, refer ad σπέρματα. ἰδέα, forma, species, modus. De significatu huius vocis cf. *Carus* de cosmotheol. Anaxag. fontib. p. 701. qui citat Herodot. VI, 100. Thucyd. I, 109. IV, 55. VI, 4. Eurip. Bacch. 471. Sic τὰ ὁμοιομερῆ vocantur πολυσχήμονα Stob. eclog. phys. I, 16, 6. ubi vid. *Heeren*, p. 358. Anaxag. fragm. 6. καὶ σπερμάτων ἀπείρων πλήθους οὐδὲν ἐοικότων ἀλλήλοις. οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἔοικε τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον. καὶ χροιάς sc. ἔχοντα, h. e. in ista mole nullus color manifeste apparebat, siquidem omnes inter se mixti erant. Cf. fragm. 6. πρὶν δὲ ἀποκριθῆναι ταῦτα, πάντων ὁμοῦ ἐόντων, χροιὴ εὔδηλος ἦν οὐδεμίη. — ἡδονή, h. l. significatione in lexicis nondum notata, ex Anaxagorae usu loquendi i. q. affectio, ea ratio alicuius rei, qua ipsam sensibus nostris percipimus, qua tactus inprimis afficitur. Sic hac

voce etiam utitur eius coaevus Diogenes Apolloniates, apud Simplic. p. 33. a. Cf. *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 51. 211. Ex his omnibus breviter expositis, sequitur sensus generalis: in illa mole inerant omnia, quae deinceps secernebantur; in minima parte homoeomeriarum variae erant *ἰδέαι, χροιαὶ, ἡδοναί*. Vertenda haec verba sic videntur: „quae cum ita sint, unum esse putandum est multa et varia in omnibus corporibus compositis, et semina inesse (sc. in illis corporibus compositis), et formas varias et colores et affectiones habentia."

Homoeomeriae, quarum in hoc fragmento fit mentio, vocantur *ὁμοιομέρειαι, ὁμοιομερῆ, ὁμοιομερῆ στοιχεῖα, ἡ ἀπειρία τῶν ὁμοιομερῶν, πολυμιξία τῶν ὁμοιομερῶν* (vid. supr. p. 71.) et quidem, ut nonnulli arbitrantur, propterea, quod omnes, quin etiam minimae particulae semina omnium rerum continent, ideoque similia sunt inter se. Cic. Quaest. Acad. IV, 37. „particulas similes inter se." Similitudo posita erat in eo, quod in qualibet homoeomeria omnes reliquae essent[1]). Magis autem arridet alia explicatio huius vocabuli. *Ὁμοιομερὲς scilicet est id, cuius μέρος συνώνυμον ideoque ὅμοιον est τῷ παντί*[2]). Aristot. d. Generat. et Corrupt. I, 1. *τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, οἷον ὀστοῦν, καὶ σάρκα καὶ μυελὸν καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἑκάστου τὸ μέρος συνώνυμόν ἐστι.* Ioann. Grammat.

1) *Carus* de Anaxag. cosmotheol. font. p. 700. „Inter se similes erant illae rerum particulae, quamvis caeterum diversae, quandoquidem in omnibus omnium rerum partes aliquae exstarent." Et in not. ad h. l. „inerant omnium rerum genera, quibus communes qualitates conveniebant, totumque a parte quantitate tantum differebat." Sunt οὐδὲν ἐοικότες ἀλλήλοις, fragm. 6.

2) *Tennemann.* Gesch. d. Philos. I, 310. „die Aehnlichkeit bezieht sich daher nicht auf alle Stoffe zusammengenommen (collective), sondern auf jeden einzelnen Stoff für sich genommen (distributive)."

ad h. l. p. 3. a. fin. ss. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀναξαγόρας φησὶ τὰ ὁμοιόμερῆ. τὶ δ' ἐστὶν ὁμοιομερὲς, αὐτὸς προσέθηκεν (loquitur de Aristotelis loco citato, quem explicat) εἰπὼν, ὧν ἑκάστου συνώνυμον τὸ μέρος ἐστὶ, σαρκὸς γὰρ τὸ μέρος σὰρξ, καὶ ὀστοῦ καὶ νεύρου πάλιν ὁμοίως. χειρὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνομοιομερῶν τὰ μέρη οὐκ ἔστι συνώνυμα τῷ ὅλῳ. οὐ γὰρ λέγεται τὰ μέρη τῆς χειρὸς χεῖρες. Id. in Aristot. phys. a. 10. ὁμοιομέρεια δέ ἐστιν, ἧς τὸ μέρος τῷ ὅλῳ ὅμοιον. ὑπάρχειν οὖν ἐν ἀλλήλαις τὰς ὁμοιομερείας· οἷον ἐν τῷ ξύλῳ, ὁμοιομερεῖ ὄντι, ὑπάρχειν καὶ σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ καὶ χρυσὸν καὶ πάντα ἁπλῶς. καὶ ἐν ἑκάστῳ καὶ τῷ τυχόντι, ἀπείρους ἐνυπάρχειν ὁμοιομερείας. τοῦτο δὲ ὑπετίθετο διότι ἑώρα πάντα ἐξ ἀλλήλων γενόμενα, εἰ καὶ μὴ κατὰ πρώτην γένεσιν, ἀλλ' οὖν διὰ πλειόνων μέσων. περιφανταζόμενος οὖν τὴν ὕλην τὴν εἰς πάντα ἐπιτηδείαν μεταβληθῆναι, μὴ ἐξισχύων δὲ αὐτὴν τελείως θεωρῆσαι, ὑπέθετο ὁμοῦ πάντα εἶναι χρήματα. καὶ οὕτω τὴν ἐξ ἀλλήλων γένεσιν κατ' ἔκκρισιν γίνεσθαι, καὶ οὐ κατὰ μεταβολὴν τῆς οὐσίας. καλῶς δὲ καὶ τὰς ὁμοιομερείας μὲν ἐν ἀλλήλοις ὑπέθετο. οὐκέτι δὲ καὶ τὰς ἀνομοιομερείας. οὐδεὶς γὰρ ἂν ὑπολάβοι ἐν προσώπῳ χεῖρα εἶναι, ἢ ἐν χειρὶ πόδα[1]). Sext. Empir. adv. Mathem. X, 38. ὅμοια τοῖς γεννωμένοις. Plut. Plac. Philos. I, 3. ἀπὸ τοῦ οὖν ὅμοια τὰ μέρη εἶναι ἐν τῇ τροφῇ τοῖς γεννωμένοις, ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν. Simplic. in Aristot. phys. p. 106. a. πᾶν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τρέφεται. Apud Latinos hoc vocabulum non erat in usu: vid. Lucret. I, 830 ss.

nunc et Anaxagorae scrutemur ὁμοιομέρειαν,
quam Graii memorant, nec nostra dicere lingua

1) *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 275. „also würde nach Anaxagoras z. B. das Gesicht nicht wieder aus Gesichtern bestehn, sondern nur die Bestandtheile solcher Glieder, wie Knochen, Blut, Fleisch und dergl. würden in ähnliche Theile zerfallen." Hac ratione refutatur *Bayle* Dict. art. Anaxagoras not. G, quem sequitur *Tiedemannus* I, p. 318.

concedit nobis patrii sermonis egestas:
sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,
principium rerum, quam dicit ὁμοιομέρειαν.

Cicero autem vertit: *particulas, similes inter se, minutas*, in Acad. Quaest. IV, 37.

Ipsum Clazomenium hac voce usum esse[1]), iure concludere mihi videor ex Simplic. in phys. Aristot. p. 258. a. τὰ εἴδη, ἅπερ ὁμοιομερείας καλεῖ. Stob. Eclog. phys. I, 11, 12. p. 296. ed. *Heeren*. ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν καὶ ἀρχὰς τῶν ὄντων. Plut. plac. philos. I, 3. ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν. Haec sententia firmatur etiam eo, quod omnes scriptores, et antiquiores et seriores ita loquuntur, nec praeterea quidquam de alio huius vocabuli auctore constat. Consensum antiquitatis haudquaquam spernendum esse censeo. Quis etiam in usum Anaxagoreae philosophiae dudum explosae nova procuderit vocabula?

FRAGM. 4.

— — ἀνθρώπους τε συμπαγῆναι, καὶ τἄλλα ζῶα, ὅσα ψυχὴν ἔχει, καὶ τοῖς γε ἀνθρώποισιν εἶναι καὶ πόλεις συνῳκημένας, καὶ ἔργα κατεσκευασμένα, ὥςπερ παρ' ἡμῖν, καὶ ἠέλιόν τε αὐτοῖσιν εἶναι καὶ σελήνην, καὶ τἄλλα, ὥςπερ παρ' ἡμῖν, καὶ τὴν γῆν

---

1) *Tiedemann*. I, p. 317. „Beydes, Sache und Name ist unbestritten Erfindung des Klazomenischen Weisen." *Carus*, p. 736. „finxisse nova verba videtur, id quod de ὁμοιομερειῶν vocabulo valet." Apte idem p. 722. comparat Democriti μικρομέρεια, Aristot. Anim. I, 2. Aliter censet vir doctissimus *Schleiermacher* über Diog. von Apollon. p. 93. „die Anaxagoraeische Lehre von den Homoeomerien, wie man sie wahrscheinlich ihm gar nicht zu Danke genannt hat." Sic etiam statuit *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 211. et p. 269. not.

ἀνθρώποις, ἀλλὰ πάντως πολλαπλασίως ταχύ ἐστι[1]). Καὶ εἴπερ ταύτην ἔχω τὴν ἔννοιαν, ἄλλως μὲν πάντα ἐν πᾶσιν εἶναί φησι, κατὰ τὴν νοητὴν ἕνωσιν, ἄλλως δὲ κατὰ τὴν νοερὰν συνουσίωσιν, καὶ ἄλλως κατὰ τὴν αἰσθητὴν σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἐκ τῶν αὐτῶν γένεσιν, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ ἀνάλυσιν. p. 33. b. fin. 34. a. καὶ ὅτι μὲν ἑτέραν τινὰ διακόσμησιν παρὰ τὴν παρ' ἡμῖν αἰνίττεται, δηλοῖ τὸ ὥςπερ παρ' ἡμῖν οὐχ ἅπαξ μόνον εἰρημένον. ὅτι δὲ οὐδὲ αἰσθητὴν μὲν ἐκείνην οἴεται, τῷ χρόνῳ δὲ ταύτης προηγησαμένην, δηλοῖ τὸ ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνήϊστα συνενεικάμενοι εἰς τὴν οἴκησιν χρῶνται. οὐ γὰρ ἐχρῶντο εἶπεν, ἀλλὰ χρῶνται. ἀλλ' οὐδὲ ὡς κατὰ ἄλλας τινὰς οἰκήσεις ὁμοίας οὔσας καταστάσεως τῇ παρ' ἡμῖν· οὐ γὰρ εἶπε τὸν ἥλιόν καὶ τὴν σελήνην εἶναι καὶ παρ' ἐκείνοις, καὶ παρ' ἡμῖν. ἀλλ' ἥλιον καὶ σελήνην, ὥςπερ παρ' ἡμῖν, ὡς δὴ περὶ ἄλλων λέγων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως ἔχει, ζητεῖν ἄξιον. p. 106. b. ὁ δὲ Ἀναξαγόρας σοφὸς ὢν διττὴν ᾐνίττετο τὴν διακόσμησιν, τὴν μὲν ἡνωμένην καὶ νοητὴν προϋπάρχουσαν, οὐ γὰρ ἔγχρονος ἐκείνη, ἀλλ' ὑπεροχῇ οὐσίας καὶ δυνάμεως, τὴν δὲ διακεκριμένην ἀπὸ ταύτης, καὶ κατὰ ταύτην ὑφίστασθαι ὑπὸ τοῦ δημιουργικοῦ νοῦ, εἴρηται καὶ ἐν ταῖς εἰς τὸ πρῶτον σχολαῖς, ἐν αἷς τὰς πίστεις ἀπ' αὐτοῦ ἐπειράθην παραγράψαι τῶν Ἀναξαγόρου ῥημάτων. Εἰκότως δὲ καὶ τῶν αἰσθητῶν ἕκαστον κοινωνεῖ πᾶσι καὶ μετέχει πάντων. Ξύῤῥοια γὰρ μία, σύμπνοια μία, πάντα συμπαθέα, ὡς Ἱπποκράτης φησί, διὰ τὴν ἀρχέγονον ἐν τοῖς νοητοῖς αὐτῶν προϋπάρχουσαν ἕνωσιν. Simplic. p. 128. a. εἰ δὲ ἀληθῶς πρότερον ἔλεγον, ὅτι διττὸν ἐνδείκνυται κόσμον ὁ Ἀναξαγόρας, τὸν μὲν νοητὸν, τὸν δὲ αἰσθητὸν, καὶ τὸν μὲν ἡνωμένον, τὸν δὲ διακεκριμένον κ. τ. λ. Simplic. p. 273. b. εἴρηται δὲ πολλάκις, ὅτι καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας ἡνωμένον μὲν τὸν νοητὸν ἔλεγαν κόσμον, διακεκριμένον δὲ τὸν αἰσθητόν. Ἀμφοῖν δὲ ἀεὶ ὄντων τὴν κατὰ χρόνον μεταβολὴν εἰς ἔνδειξιν ἐλάμβανον τῆς τάξεως αὐτῶν καὶ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ

1) vid. fragm. 23.

γενέσεως ἀπὸ τοῦ νοητοῦ. Simplic. p. 257. b. καί ὄγε Ἀναξαγόρας σαφῶς ἀπὸ τῆς νοητῆς ἑνώσεως, ἐφ' ἧς ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα, ὥς φησι, τὴν κοσμικὴν διάκρισιν ὑποστῆσαι τὸν νοῦν λέγει. Ad hanc rationem κόσμος existebat iam antea, non quidem αἰσθητός, sed νοητός, ita ut chaos oculis appareret, κόσμος vero mente solum cerni posset. Postea vero mentis vi omnibus inter se motis et mixtis, prodibat κόσμος αἰσθητὸς, qualis nunc adhuc est. Quae quamvis bene cohaereant, et Anaxagoreae doctrinae haud repugnent, tamen ex verbis huius fragmenti vix extorqueri possunt. Difficultatem huius loci, quem multi praetereunt, primus notavit *Meiners* Gesch. d. Wissensch. I, p. 669. *Carus* dissert. d. Anaxag. cosmo-theolog. fontib. p. 707. interpretationem supra memoratam ab Aristotelis commentatoribus translatam esse putat ab Eleaticis ad Anaxagoram, et cum Simplicio (p. 34. a.) hunc locum diligentiore quaestione dignissimum esse censet. In dissertat. Anaxagoras und sein Zeitgeist, p. 444. not. haec habet: „insofern er für andere Gegenden des κόσμος denen auf der Erde lebenden Wesen ähnliche Geschöpfe annahm, liess er ihnen auch Sonne und Mond.“ *Hemsen* p. 87. ss. haud accuratius exponit, quid de hac re statuendum esse videatur. *Ritter* p. 260. 287. illa omnia de luna aliisque corporibus coelestibus dicta esse arbitratur. Atqui dicit Anaxagoras, ibi esse solem, lunam, alia, quae apud nos sint. Quo modo haec ad corpora coelestia transferri possunt? Equidem verbis propriis Anaxagorae adductus etiam alibi, in aliis regionibus mundi, διακόσμησιν intelligendam esse censeo. Quae si tenentur, omnia facilius explicari possunt. Unum autem obstat, quod Anaxagoras alias inter eos refertur, qui ἕνα κόσμον statuerint. Vid. not. ad fragm. 11.

FRAGM. 6.

Οὔτε γὰρ τοῦ σμικροῦ γέ ἐστι τόγε ἐλάχιστον, ἀλλ' ἔλασσον, ἀεί· τὸ γὰρ ἐὸν οὐκ ἔστι τὸ μὴ οὐκ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τοῦ μεγάλου ἀεί ἐστι μεῖζον, καὶ ἴσον ἐστὶ τῷ σμικρῷ πλῆθος. Πρὸς ἑωϋτὸ δὲ ἕκαστόν ἐστι καὶ μέγα καὶ σμικρόν. Εἰ γὰρ πᾶν ἐν παντὶ, καὶ πᾶν ἐκ παντὸς ἐκκρίνεται, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου δοκέοντος ἐκκριθήσεταί τι ἔλαττον ἐκείνου, καὶ τὸ μέγιστον δοκέον ἀπό τινος ἐξεκρίθη ἑωϋτοῦ μείζονος.

Notae.

Simplic. in Aristot. phys. p. 55. a. Sensus generalis: nihil per se magnum aut parvum dici potest; non est minimum, non maximum, sed in eo, quod minimum esse videtur, sunt omnes res, ergo etiam minores particulae, de quarum minima idem dicendum est, sicut id, quod pro maximo habetur, inest in maiori. Haec quidem eo consilio dicuntur, ut defendant doctrinam de homoeomeriis contra eos, qui negent, *ἐν παντὶ πᾶν* esse posse. Nam cum ex Anaxagorae sententia in particula vel minima omnes res sint, cum verbi causa in gutta non solum humida, verum terrena quoque, sicca, aërea aliaque omnia deprehendantur, sine dubio alii haec in infinitum continuari posse negarunt, siquidem finis inveniri nequeat[1]). Differt hac in re Anaxagoras quam maxime a Leucippo et Democrito, siquidem uterque horum in rerum origine ad corpora individua recurrit, ille

1) *Carus* de Anaxag. cosmotheol. font. p. 700. not. „unde vel minimum vel maximum nihil quidquam dici potest, quum semper eo vel minora, vel maiora inveniantur."

vero individua non esse statuit, sed in minima parte omnia contineri dicit[1]).

Οὔτε γάρ. Particula οὔτε referenda est ad ἀλλὰ καὶ in sequentibus. Sic enim proprie loqui debebat: neque parvo est minimum neque magno maximum. *σμικροῦ.* Sic Anaxagoram scribere, non μικροῦ, iam monuimus ad fragm. 1. ideoque reponendum erat statim καὶ μέγα καὶ σμικρὸν, quamvis in Simplicio legatur μικρόν. *τὸ γὰρ ἐὸν* ss. Si quid video, his verbis refutare conatur eos, qui eum reprehendant propterea quod minimum non esse in rerum natura, sed semper etiam minus inveniri dicat. Minima quoque, ait, sunt ἐόντα. Sensus: quod enim est, non est sic ut non sit. *Μὴ οὐ* c. infinit. sequitur post verbum cum negatione coniunctum, vid. exempla apud *Viger.* p. 454. *Hermann.* not. ad Vig. p. 797. *Wunderlich.* observ. in Aeschyl. p. 155. *Ἀλλὰ καὶ τοῦ μεγάλου κ. τ. λ.* sed etiam magni semper est maius h. e. nihil in rerum natura est maximum, sed in maiori continetur. *καὶ ἴσον κ. τ. λ.* sc. τὸ μέγα ἴσον ἐστὶ τῷ σμικρῷ πλῆθος h. e. quemadmodum non inveniri, non cogitari potest minimum, sed omne dividitur in infinitum, ita non est maximum, sed id quod maximum esse videtur, est pars maioris alicuius rei. Quam sententiam ipse in seqqu. uberius illustrat: negat enim magnitudinem quam dicunt absolutam. *Πρὸς ἑωὑτὸ* h. e. quodlibet per se spectatum, nulla ratione alius rei habita. Haec

1) Cf. *Tennemann.* Gesch. d. Philos. I. p. 307. Aliter *Ritter* Gesch. d. Ion. Philos. p. 216 ss. qui Anaxagoram non statuisse censet, sensu accuratissimo, omnia esse in omnibus, sed imbecillitate sermonis parum exculti, intimam omnium rerum coniunctionem hac ratione expressisse. Sed aperte verba huius fragmenti docent, quo sensu placitum illud Anaxagoreum accipiendum sit.

significatio praepositionis πρὸς satis est nota. Ἐφ' ἑαυτὸ ponendum videbatur, non ἑαυτὸ quod Simplicius l. c. habet. Vid. quae monentur ad fragm. 8. Sensus: quaelibet res per se spectata et magna est et parva; magnitudo pendet ab aliis rebus, quibuscum comparatur. Iam in sequentibus progreditur ad caussam huius rei exponendam. ἐκκρίνειν est vocabulum Anaxagorae, Empedocli, Leucippo et Democrito proprium, ut patet ex iis, quae ad fragm. 1. disputata sunt. Quamobrem hi quatuor saepius συγκρίσεως et διακρίσεως mentionem faciunt: Anaxagoras inprimis voce ἔκκρισις utitur. Simplic. in Aristot. phys. p. 33. b. ὁ δὲ Ἀναξαγόρας τοῖς ἐκκρίσει μᾶλλον οἰκειότερος. Dicitur de re, quae secernitur ex maiori, sicuti διακρίνειν de ea, quae non tam inest in alia, quam potius coniuncta cum ea. Sic etiam ἀποκρίνειν, cf. ad fragm. 2. — εἰ γὰρ πᾶν ἐν παντὶ i. e. si omnia sunt in omnibus (et haec erat primaria Clazomenii sententia), καὶ πᾶν ἐκ παντὸς ἐκκρίνεται· sequitur iam apodosis, sc. secernuntur etiam ex omnibus rebus omnia, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου κ. τ. λ. h. e. et ex eo, quod minimum esse videtur, secernitur aliquid illo minus, et quod maximum videtur, secretum est ex maiori. Cf. Lucret. I, 844.

neque corporibus finem esse secandis.

Simplic. in Aristot. phys. p. 106. a. εἰ πᾶν ἐκ παντὸς ἐκκρίνεται, καὶ πάντα ἐν πᾶσίν ἐστιν, οὐ μόνον τὸ πᾶν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον, οὐ τῷ πλήθει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγέθει ἀπειράκις ἄπειρον ἔσται. Ibid. ὅτι οὐ μόνον τὸ ὅλον μίγμα ἄπειρον ἀνάγκη τῷ μεγέθει λέγειν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστην ὁμοιομέρειαν, ὁμοίως τῷ ὅλῳ πάντα ἔχουσαν ἐνυπάρχοντα, καὶ οὐδὲ ἄπειρα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπειράκις ἄπειρα.

FRAGM. 6.

Πρὶν δὲ ἀποκριθῆναι ταῦτα, πάντων ὁμοῦ ἐόντων, οὐδὲ χροιὴ εὔδηλος ἦν οὐδεμίη. Ἀπεκώλυε γὰρ ἡ σύμμιξις πάντων χρημάτων τοῦ τε διεροῦ, καὶ τοῦ ξηροῦ, καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ τοῦ λαμπροῦ καὶ τοῦ ζοφεροῦ, καὶ γῆς πολλῆς ἐνεούσης, καὶ σπερμάτων ἀπείρων πλήθους οὐδὲν ἐοικότων ἀλλήλοις. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἔοικε τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον.

Notae.

Simplic. in Aristot. phys. p. 33. b. Priora πρὶν — ἀλλήλοις inveniuntur, sed non tam accurate, etiam p. 8. a. ubi sic pergit: τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ἐν τῷ σύμπαντι χρὴ δοκεῖν ἓν εἶναι πάντα χρήματα, quae tamen Simplicii esse videntur. Πρὶν δὲ κ. τ. λ. antequam hae res, homoeomeriae, inter se mixtae et confusae mentis vi secernerentur. οὐδὲ χροιὴ κ. τ. λ. Sensus: color certus non erat; omnes res erant confusae, ut propriae vires earum non apparerent. Sext. Empir. Hypotyp. Pyrrhon. III. 33. πᾶσαν αἰσθητὴν ποιότητα περὶ ταῖς ὁμοιομερείαις ἀπολείπουσι. εὔδηλος. De hac voce vid. ad fragm. 1. In Simplicio p. 8. a. legitur ἔνδηλος, quod, etsi eundem sensum fundit, reiiciendum est, cum p. 33. b. ex solito Anaxagorae loquendi more, εὔδηλος scriptum sit. Sic recte p. 33. b. οὐδεμίη, ex ionicae dialecti legibus; p. 8. a. vero οὐδεμία. — Ἀπεκώλυε κ. τ. λ. Sensus: Causa huius rei posita erat in eo, quod omnes res, etiam contrariae, inter se mixtae erant et coniunctae, unde factum est, ut nullius rei color discerni posset. τοῦ τε. τε omittitur p. 8. a. σύμμιξις. Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 6. ὁμοιομερῶν πολυμιγίαν. Simplic. in Ari-

tis motu res nunc exsistentes exortae essent. ἔστιν, οἷσιν κ. τ. λ. i. e. cum quibusdam rebus mentem coniunctam videmus, verbi causa cum animalibus, plantis. Vid. infr.

FRAGM. 8.

Τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν ἔχει, νοῦς δέ ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐφ᾽ ἑωϋτοῦ ἐστιν. Εἰ μὴ γὰρ ἐφ᾽ ἑωϋτοῦ ἦν, ἀλλά τεῳ ἐμέμικτο ἄλλῳ, μετεῖχεν ἂν ἁπάντων χρημάτων, εἰ ἐμέμικτό τεῳ. Ἐν παντὶ γὰρ παντὸς μοῖρα ἔνεστιν, ὥςπερ ἐν τοῖς πρόσθεν μοι λέλεκται. Καὶ ἀνεκώλυεν αὐτὸν τὰ συμμεμιγμένα, ὥστε μηδενὸς χρήματος κρατεῖν ὁμοίως, ὡς καὶ μόνον ἐόντα ἐφ᾽ ἑωϋτοῦ. Ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων, καὶ καθαρώτατον, καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει, καὶ ἰσχύει μέγιστον. Ὅσα γε ψυχὴν ἔχει καὶ μείζω, καὶ ἐλάττω, πάντων νοῦς κρατεῖ. Καὶ τῆς περιχωρήσιος τῆς συμπάσης νοῦς ἐκράτησεν, ὥςτε περιχωρῆσαι τὴν ἀρχήν. Καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο περιχωρῆσαι, ἔπειτε πλεῖον περιχωρέει, καὶ περιχωρήσει ἐπὶ πλέον. Καὶ τὰ συμμισγόμενά τε καὶ ἀποκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, πάντα ἔγνω νοῦς. Καὶ ὁποῖα ἔμελλεν ἔσεσθαι, καὶ ὁποῖα ἦν, καὶ ὅσα νῦν ἐστι, καὶ ὁποῖα ἔσται, πάντα διεκόσμησε νοῦς· καὶ τὴν περιχώρησιν ταύτην, ἣν νῦν περιχωρέει τά τε ἄστρα, καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ ὁ ἀὴρ, καὶ ὁ αἰθὴρ, οἱ ἀποκρινόμενοι. Ἡ δὲ περιχώρησις αὕτη ἐποίησεν ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἀποκρίνεται ἀπό τε τοῦ

ἀραίου τὸ πυκνὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ τὸ λαμπρὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ διεροῦ τὸ ξηρόν. Μοῖραι δὲ πολλαὶ πολλῶν εἰσι. Παντάπασι δὲ οὐδὲν ἀποκρίνεται ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, πλὴν νοῦ. Νοῦς δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι, καὶ ὁ μείζων, καὶ ὁ ἐλάσσων. Ἕτερον δὲ οὐδέν ἐστιν ὅμοιον οὐδενὶ ἄλλῳ. Ἀλλ' ὅτεῳ πλεῖστα ἔνι, ταῦτα ἐνδηλότατα ἓν ἕκαστόν ἐστι καὶ ἦν.

Notae.

Sic Simplic. in phys. Aristot. p. 33. b. ubi tantummodo prima verba τὰ μὲν — ἔχει desunt, quae vero inveniuntur p. 35. a. τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν ἔχει, νοῦς δέ ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατές· p. 35. b. καὶ τὰ συμμισγόμενα — διεκόσμησε νοῦς. p. 67. a. νοῦς ἐστιν ἄπειρον — ἑαυτοῦ ἐστιν. Eodem modo p. 38. a; praeterea quoque: ἔστι γὰρ λεπτότατον — διεκόσμησε νοῦς, et ead. p. ἡ δὲ περιχώρησις — ξηρόν. cf. p. 39. a.

Iam loquitur de mente, totius mundi causa et effectrice, qua quidem re Clazomenium sapientem maximam gloriam consequutum esse, inter omnes constat. Τὰ μὲν ss. Haec verba per se satis clara lucem praeterea accipiunt ex iis, quae iam hucusque dicta et allata sunt. *Νοῦς*, de significatione huius vocis vid. *Carus* d. Anaxag. cosmotheol. fontib. p. 740 sq. *ἄπειρον* est res infinita, siquidem αὐτοκρατής est (*Ritter*, p. 226.), vimque suam exserit in omnia reliqua, quae sua sponte moveri non possunt, sed pendent a mente. Quaelibet caeterarum rerum angustioribus finibus circumscripta, cum aliis coniuncta erat, ideoque ἄπειρος dici non poterat. Τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν ἔχει, mens *vero* est res infinita h. e. cum nulla alia re coniuncta est, nulla impeditur, cohibetur, coërcetur. Notandum autem, Anaxagoram non accu-

ratum esse in constituenda notione τοῦ ἀπείρου. Vid. quae monita sunt ad. fragm. 1. et *Ritter*. p. 273. not. — αὐτοκρατές, per semet ipsam, nulla adhibita vi externa agit. De hac voce vid. *Carus* d. Anaxag. cosmotheol. fontib. p. 704. *Ritter*, p. 226. Huc alludit Plat. Cratyl. p. 413. c. ed. *Steph*. (p. 101. ed. *Heindorf*. quem vid. ad h. l.) ὁ δὲ τούτων μὲν πάντων καταγελᾷν φησιν, εἶναι δὲ τὸ δίκαιον, ὃ λέγει Ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι τοῦτο, αὐτοκράτορα γὰρ αὐτὸν ὄντα καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον, πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα, διὰ πάντων ἰόντα. — καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, vid. Plat. Cratyl. l. c. Mens nulli rei admixta est, sed per se existit; ceterae sunt inter se iunctae, nec unquam separatae ab aliis inveniuntur. ἀλλὰ μόνος — ἐστίν. p. 33. b. et 67. a. legitur μόνος αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ἐστιν. Rectius p. 38. a. αὐτὸ μόνον ἐφ' ἑωϋτοῦ ἐστιν, h. e. idem, unicum quid, quod non pendet ab aliis. Sic statim: ὡς καὶ μόνον ἐόντα ἐφ' ἑωϋτοῦ (ut semper scribendum videtur, siquidem ἑαυτοῦ sine dubio incuriae librariorum debemus). μόνον, quandoquidem omnes res, praeter mentem mixtae sunt. Ἐφ' ἑαυτοῦ εἶναι dicuntur res, quae non pendent ab aliis. Cf. *Valckenar*. ad Herodot. p. 634. *Carus* de Anaxag. cosmotheol. fontib. p. 702. not. *Hermann*. annotatt. ad *Viger*. p. 859. *Brandis* ad Parmenid. v. 90. in commentatt. eleat. p. 116. Vid. praeterea ad sententiam illustrandam *Valckenar*. in diatrib. d. Euripid. perdit. dram. reliqu. p. 40. — Εἰ μὴ γὰρ κ. τ. λ. in his rationem reddit placiti sui Anaxagoras: operose autem quaerit perspicuitatem. Sententia generalis: mens, si cum una re iuncta esset, cohaereret cum omnibus, siquidem in qualibet omnes deprehenduntur. Ἐν παντὶ γὰρ κ. τ. λ. saepius haec ab Anaxagora repeti, iam supra dictum est. ὥςπερ — λέλεκται. Referenda sunt haec fortasse ad fragm. 7. καὶ ἀνεκώλυεν κ. τ. λ. h. e. haec inter se mixta impediebant

mentem, quo minus ulla re potiretur pariter, quandoquidem sola a semet ipsa pendebat, s. mentis natura haud convenit cum ulla re: dissimilis est omnium, nec verbi causa cum aëre comparari potest, ut Diogeni Apolloniatae placuit: diversa est non gradu, sed genere toto ab omnibus rebus. *Κρατεῖν*, potiri aliqua re, i. e. coniungi, s. vim suam exserere in aliquid. Aliter explicat hoc vocabulum Aristot. d. Anim. III, 4. *ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥςπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ, τοῦτο δ' ἐστὶν, ἵνα γνωρίζῃ.* Philopon. ad h. l. Q. 5. *διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀναξαγόρας πάντα λέγων ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν, τὸν νοῦν οὐχ ὑπέθετο ἐξ αὐτῶν, ἵνα πάντων κρατῇ, τουτέστιν, ἵνα πάντα γιγνώσκῃ. Τὸ γὰρ παρὰ Ἀναξαγόρᾳ κρατεῖν, παρ' Ἀριστοτέλει γινώσκειν ἐστί. — Ἔστι γὰρ — καθαρώτατον.* Est enim subtilissima omnium rerum et purissima. De sensu horum verborum vid. *Carus* d. Anaxag. cosmotheol. font. p. 709 ss. *Tennemann.* Gesch. d. Philos. Vol. I, p. 518. *Hemsen*, p. 83 ss. *Ritter.* Gesch. d. Ion. Philos. p. 235. Quaeritur enim, num haec epitheta tropice an proprie h. e. physice intelligenda sint? Praeferenda esse videtur prior ratio, quandoquidem alioquin aperte sibi repugnaret; quod patet ex iis, quae in antecedentibus ipse de mentis natura attulerat. Sic quoque interpretantur h. l. scriptores citati, scilicet de mentis acumine omnia penetrante, quod bene iungi potest cum proxime sequentibus: *καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει.* Nec vituperandus esse videtur Anaxagoras, quum in describenda mentis natura his vocabulis utatur, quae aptius de corporibus usurpentur. Nondum enim tunc temporis sermo ita excultus erat, ut cuilibet apta et significantia verba suppeterent. Mentem autem ex Anaxagorae sententia esse simplicem, non materiem aliquam, elucet tum ex ipsis fragmentis, tum ex aliis veterum locis. Vid. Aristot. d. anim. III, 4. *ἀνάγκη ἄρα,*

ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ, τοῦτο δ' ἐστὶν, ἵνα γνωρίζῃ. Παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφράττει. Id. phys. VIII, 5. διὸ καὶ Ἀναξαγόρας ὀρθῶς λέγει τὸν νοῦν, ἀπαθῆ φάσκων καὶ ἀμιγῆ εἶναι, ἐπειδήπερ κινήσεως ἀρχὴν ποιεῖν αὐτὸν εἶπεν· οὕτω γὰρ μόνως ἂν κινοίη, ἀκίνητος ὢν, καὶ κρατοίη ἀμιγὴς ὤν. Quibus locis iam a *Tennemanno* citatis iunge Aristot. d. Anim. I, 2. ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων· μόνον γοῦν φησιν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀμιγῆ τε καὶ καθαρόν. Plutarch. Pericl. 3, p. 383. ed. *Hutten.* νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις. Simplic. in phys. Aristot. p. 321. a. ἐπῄνει (sc. Aristoteles) τὸν Ἀναξαγόραν, ὅτι τὸν νοῦν ἀρχὴν κινήσεως λέγων ἀπαθῆ καὶ ἀμιγῆ αὐτὸν ἐφύλαττεν. Id. p. 285. a. τὴν Ἀναξαγόρου δόξαν ἐπαινέσας, ὃς τὸν νοῦν τὸ πρῶτον κινοῦν ὑποθέμενος, ἀκίνητον αὐτὸν καὶ ἀμιγῆ καὶ ἁπλοῦν ὑπέθετο. Philipon. ad Aristot. d. Anim. C. 9. ἀμιγὴς γὰρ ὢν καὶ ἀκοινώνητος καὶ μηδεμίαν σχέσιν ἔχων πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἐξ ὧν τὰ πάντα, πῶς γνώσεται τὰ πάντα, φησὶν, ἄδηλον. Id. l. c. τοῦτον τὸν νοῦν καθαρὸν ἔλεγε, καὶ ἀμιγῆ καὶ ἀπαθῆ, τουτέστιν, ἀσώματον. Cf. *Schleiermacher* über Anaximandros. Abhandl. d. philos. Kl. d. pr. Akad. d. Wissensch. 1815. p. 93. *Hemsen*, p. 80. Putant enim nonnulli, aërem vel aethera ex Anaxagorae sententia esse mentem, ideoque eam vocari λεπτότατον et καθαρώτατον πάντων χρημάτων. Vid. *Brucker*. Hist. Crit. Philos. I, p. 513. *Tiedemann* Geist d. speculat. Philos. I, p. 329. Primum autem hoc non sequitur ex locis ab illis viris ad hanc rem probandam allatis, tum obstant loci supra citati, denique Anaxagoras saepius vituperatur a veteribus, propterea quod in explicanda rerum natura sibi non constet, mente tantum in singulis utatur, praeterea vero alias causas, ut aethera et aërem, ad partes vocet: unde patet, mentem ab istis

distingui. Locus primarius, qui huc afferendus est, invenitur in Plat. Phaed. p. 98. a. *Stephan.* οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτὸν ᾤμην, φάσκοντά γε ὑπὸ νοῦ αὐτὰ κεκοσμῆσθαι, ἄλλην τινὰ αὐτοῖς αἰτίαν ἐπενεγκεῖν, ἢ ὅτι βέλτιστον αὐτὰ οὕτως ἔχειν ἐστὶν, ὥςπερ ἔχει. ἑκάστῳ οὖν αὐτὸν ἀποδιδόντα τὴν αἰτίαν, καὶ κοινῇ πᾶσι, τὸ ἑκάστῳ βέλτιστον ᾤμην καὶ τὸ κοινὸν πᾶσιν ἐπεκδιηγήσεσθαι ἀγαθόν. Καὶ οὐκ ἂν ἀπεδόμην πολλοῦ τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ πάνυ σπουδῇ λαβὼν τοὺς βίβλους, ὡς τάχιστα οἷός τ' ἦν ἀνεγίγνωσκον, ἵν' ὡς τάχιστα εἰδείην τὸ βέλτιστον καὶ τὸ χεῖρον. Ἀπὸ δὴ θαυμαστῆς, ὦ ἑταῖρε, ἐλπίδος ᾠχόμην φερόμενος, ἐπειδὴ προϊὼν καὶ ἀναγιγνώσκων, ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον, οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα. Vid. *Heindorf.* ad h. l. p. 185. et *Wyttenbach.* p. 258. qui doctissima nota multos profert locos, in quibus aut idem dicitur, aut Platonis sententia iterum affertur, ut Plat. legg. XII, p. 967. b. λέγοντες ὡς νοῦς εἴη ὁ διακεκοσμηκὼς πάνθ' ὅσα κατ' οὐρανόν· οἱ δὲ αὐτοὶ πάλιν ἁμαρτάνοντες ψυχῆς φύσεως — — — καὶ πολλῶν ἄλλων ἀψύχων σωμάτων διανειμάντων τὰς αἰτίας παντὸς τοῦ κόσμου. Aristot. Metaph. I, 4. Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν· καὶ ὅταν ἀπορήσῃ, διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, τότε ἕλκει αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γιγνομένων, ἢ νοῦν. Plutarch. defect. oracul. p. 435. e. (Vol. IX, p. 577. ed. *Hutten.*) ἐκεῖνος γὰρ ἀνὴρ (loquitur de Platone) Ἀναξαγόραν μὲν ἐμέμψατο τὸν παλαιὸν, ὅτι ταῖς φυσικαῖς ἄγαν ἐνδεδυμένος αἰτίαις καὶ τὸ κατ' ἀνάγκην τοῖς τῶν σωμάτων ἀποτελούμενον πάθεσι μετιὼν ἀεὶ καὶ διώκων, τὸ οὗ ἕνεκα καὶ ὑφ' οὗ, βελτίονας αἰτίας οὔσας καὶ ἀρχὰς, ἀφῆκεν. Plotin. Ennead. II, 4, 7. p. 167. f. Clem. Alexandr. Strom. II, p. 364. d. ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' οὐδὲ τούτων ἐτήρησε τὴν ἀξίαν (fortasse leg. αἰτίαν) τὴν ποιητικὴν, δίνους τινὰς ἀνοήτους

ἀναζωγράφων — — *τῇ τοῦ νοῦ ἀπραξίᾳ τε καὶ ἀνοίᾳ*. Simplic. in phys. Aristot. p. 2. a. *Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος ἐπέστησε μὲν ποιητικὸν αἴτιον τὸν νοῦν· ἐν δὲ ταῖς αἰτιολογίαις ὀλίγα αὐτῷ προςεχρήσατο, ὡς ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης ἐπέσκηψε*. Id. p. 38. a. *καὶ ὅπερ δὲ ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης ἐγκαλεῖ τῷ Ἀναξαγόρᾳ, τὸ ἐν ταῖς τῶν κατὰ μέρος αἰτιολογίαις μὴ τῷ νῷ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ ταῖς ὑλικαῖς ἀποδόσεσιν, οἰκεῖον ἦν φυσιολογίᾳ. Τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ τὴν ποιητικὴν πάντων αἰτίαν ὁλικῶς παραδοὺς, ἐν ταῖς κατὰ μέρος διαφοραῖς ὄγκων καὶ σχημάτων αἰτιᾶται τήν τε θερμότητα καὶ τὴν ψυχρότητα· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡςαύτως. ὁ μέν τοι Σωκράτης τὴν ἀπὸ τελικοῦ ἀπόδοσιν ὑποδεῖξαι βουλόμενος, ἐμνημόνευσεν Ἀναξαγόρου, ὡς τῇ ὑλικῇ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ τελικῇ αἰτίᾳ χρωμένου*. Praeter haec a *Wyttenbachio* allata cf. Euseb. praep. evang. XIV, 10. Procl. in Plat. Tim. ed. Basil. 1534. p. 1. *καὶ γὰρ αὖ καὶ Ἀναξαγόρας, ὃς δὴ δοκεῖ καθευδόντων τῶν ἄλλων τὸν νοῦν πρῶτον αἴτιον τῶν γιγνομένων ἰδεῖν, οὐδὲν ἐν ταῖς ἀποδόσεσι προςχρῆται τῷ νῷ, μᾶλλον δὲ ἀέρας τινὰς καὶ αἰθέρας αἰτιᾶται τῶν γιγνομένων*. Id. p. 63. *ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας αἰτιωμένην κατὰ τὸν Ἀναξαγόραν*. Simplic. in phys. Aristot. p. 75. b. *καὶ Ἀναξαγόρας δὲ τὸν νοῦν ἐάσας, ὥς φησιν Εὔδημος, καὶ αὐτοματίζων τὰ πολλὰ συνίστησι*. Id. p. 83. b. *κἂν γὰρ ἄλλην αἰτίαν εἴπωσιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ποιητικὴν νεῖκος καὶ φιλίαν, καὶ Ἀναξαγόρας τὸν νοῦν, ὅσον ἐφάψασθαι μόνον αὐτὸν λέγουσιν, ἐν ταῖς παραδόσεσιν οὐ προςχρώμενοι. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἐν τῷ Φαίδωνι Σωκράτης ἐγκαλεῖν τῷ Ἀναξαγόρᾳ δοκεῖ*. Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. ed. lat. p. 15. Ioann. Philopon. ad Aristot. Metaph. I, 4, p. 2. b. „Anaxagoras, quando dubitat quippiam novum, pertrahit mentem, ut defendatur probabile, aiens, forte, quod haec mens voluit facere.“ Id. in Aristot. d. Generat. et Corrupt. p. 63. b. *Ἀναξαγόρας μὲν γὰρ ποιητικὸν τὸν νοῦν εἰπὼν, οὐ χρῆται αὐτῷ ἐν τῇ γενέσει τῶν πραγμάτων*. Res ipsa negari nequit, siquidem

Anaxagoras utpote physicus relabitur ad morem priorum philosophorum atque ad rerum naturam explicandam physicis rationibus utitur. Nec mirandum erit, eum non statim summum gradum adscendisse, verum potius viam patefecisse ad ea, quae sequiori deinceps aetate aliorum sapientium ingenio exposita sunt.

Γνώμην ἴσχειν i. q. γιγνώσκειν. cf. Aristot. d. Anim. I, 2. ἀποδίδωσι δ' ἄμφω τῇ αὐτῇ ἀρχῇ τό τε γιγνώσκειν καὶ τὸ κινεῖν, λέγων, νοῦν κινῆσαι τὸ πᾶν. πάντα νοεῖ ἐξηρμένως. Simplic. ad. h. l. p. 63. b. περὶ παντὸς πᾶσαν, omnia ac singula menti nota sunt. Quocirca νοῦς appellatur φρουρὸς πάντων, Cedren. chronic. 130. ἰσχύει μέγιστον, maxima vi est praedita, unde sequitur, eam tot tantaque efficere potuisse: est enim id, quod movet, vid. Aristot. Metaph. XII, 6. ὁ νοῦς ἐνέργεια. ὅσα γε κ. τ. λ. vim suam exserit in omnes res animatas, quippe quae ab eius arbitrio pendent: huc etiam plantas pertinere, in quibus mentem inesse docuit, infra exponetur. De vocabulo κρατεῖν supra iam dictum est. — περιχώρησις, motus in orbem, motus circularis. Vocatur ἐγκύκλιος κίνησις, Origen. philosophum. 8. περιφορά, ibid. περιδίνησις, Plutarch. plac. philos. II, 13. Euseb. praep. evang. XV, 30. p. 838. δίνους τινὰς ἀνοήτους ἀναζωγράφων Clem. Alexandr. Strom. II, p. 364. d. Idcirco sub persona Socratis illuditur Anaxagoras ab Aristophane in nub. 380. αἰθέριος δῖνος. Cf. 381. 828. δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς. Vid. *Valckenar.* diatrib. in Eurip. perdit. dram. reliqu. p. 39. Eurip. Alcest. 251. ib. *Monk.* συμπάσης. Omnes enim res feruntur motu circulari, id quod adhuc ex siderum cursu patet: non igitur περιχώρησις ista ad singula pertinet corpora, verum ad universum mundum. ἐκράτησεν p. 38. a. κρατεῖ. Sensus: mens imperium exercebat in hunc motum, erat eius causa et effectrix. ὥστε κ. τ. λ. ita ut in orbem moveret h. e. ut efficeret motum.

τὴν ἀρχὴν i. q. *ἐν ἀρχῇ*, initio. vid. *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 347. Omnes enim res antea iam erant, quiescebant vero et a mente demum movebantur, cum alioquin secerni non potuissent. Plutarch. Plac. philos. I, 7. *ὁ δ' Ἀναξαγόρας φησὶν, ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα.* Cf. Euseb. praep. evang. XIV, 16. Aristot. phys. III, 4. *ὁ δὲ νοῦς ἀπ' ἀρχῆς τινος ἐργάζεται νοήσας.* Id. de Coel. III, 2. *ἔοικε δὲ τοῦτό γε καλῶς Ἀναξαγόρας ὑπολαβεῖν· ἐξ ἀκινήτων γὰρ ἄρχεται κοσμοποιεῖν.* Simplic. in Aristot. phys. p. 106. *σώματα δὲ ὄντα ἢ ἑτεροκίνητα καὶ ὁμόστοιχά πως ἀλλήλοις ἀρχῆς καὶ αἰτίας ἐδεῖτό τινος κρείττονος, ἣν ὁ Ἀναξαγόρας καλεῖ νοῦν. ἔδει τὸ τὰ συνῃρημένα διακρῖνον καὶ προςάγον ἐν τάξει τὴν διάκρισιν, ἀπὸ τῆς συναιρέσεως αὐτὸ συνῃρημένην ἔχον τὴν οὐσίαν, πρῶτος ἀναφαίνειν ἐν ἑαυτῷ τὴν διάκρισιν. Τοιοῦτος δὲ ὁ νοῦς, ὃν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἐνόησεν ἐργαζόμενον, ἐν οἷς λέγει ἄρξασθαι τὸν νοῦν διακρίνειν. ἡ μὲν οὖν ἔννοια, καθ' ἣν εἰς ταύτην ἦλθε περὶ τῶν ἀρχῶν τὴν ὑπόθεσιν ὁ Ἀναξαγόρας, οὕτω φανερὰ γέγονεν.* Id. p. 112. b. *τὸ δὲ χρονικὴν δοκεῖν λέγεσθαι τὴν τῆς διακρίσεως ἀρχὴν, σύνηθες ἦν τοῖς πάλαι φυσιολόγοις τε καὶ θεολόγοις, συγκαταβαίνουσι ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας νοήσεως. οὐ γὰρ δυνάμεθα τῇ ἀϊδίᾳ παρατάσει συμπαρατείνειν τὴν νόησιν.* Id. p. 257. b. *ἀπ' ἀρχῆς δὲ χρόνου δοκοῦσι λέγειν γεγονέναι τὸν κόσμον Ἀναξαγόρας τε καὶ Ἀρχέλαος καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος. Οὗτοι δὲ καὶ τὴν κίνησιν ἄρξασθαί φασιν. Ἠρεμούντων γὰρ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον τῶν ὄντων* [1]), *κίνησιν ἐγγενέσθαι φασὶν ὑπὸ τοῦ νοῦ, ὑφ' ἧς γεγονέναι τὸν κόσμον.* Id. p. 258. a. *ἐδόκει δὲ λέγειν ὁ Ἀναξαγόρας, ὅτι ὁμοῦ πάντων ὄντων χρημάτων καὶ ἠρεμούντων τὸν ἄπειρον πρὸ τοῦ χρόνον, βουληθεὶς ὁ κοσμοποιὸς νοῦς διακρῖναι τὰ εἴδη, ἅπερ ὁμοιομερείας κα-*

1) in his vestigia latere suspicor Anaxagoreorum verborum. Similia enim statim dicuntur p. 258. a. Cf. l. c.

λεῖ, κίνησιν αὐταῖς ἐνεποίησεν. Οὐ γὰρ ἦν διάκρισιν σωματικὴν ἄνευ κινήσεως γίνεσθαι. Id. p. 273. a. ὁ δὲ Εὔδημος μέμφεται τῷ Ἀναξαγόρᾳ οὐ μόνον, ὅτι μὴ πρότερον οὖσαν ἄρξασθαί ποτε λέγει τὴν κίνησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ περὶ τοῦ διαμένειν ἢ λήξειν ποτὲ παρέλιπεν εἰπεῖν, καίπερ οὐκ ὄντος φανεροῦ. Τί γὰρ κωλύει, φησὶ, δόξαι ποτὲ τῷ νῷ στῆσαι πάντα χρήματα, καθάπερ ἐκεῖνος εἶπεν κινῆσαι. Καὶ τοῦτο αἰτιᾶται τοῦ Ἀναξαγόρου ὁ Εὔδημος. Cf. quae *Ritterus* contra hanc rem monuit, Gesch. d. Ion. Philos. p. 259 ss. Putat enim locos citatos non accurate originem motus demonstrare: mentem esse aeternam, eiusque efficaciam; quamobrem necessario requiri, ut non ab initio quodam verum semper in rebus secernendis, mundoque formando vim suam exseruerit. Sed plura sunt et in Anaxagorae et in aliorum philosophorum placitis, quae, ubi accuratius consideraveris, inconstantiae vituperium vix effugere possunt: quapropter revera Anaxagorae illam sententiam tribuendam esse arbitror.

Καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο περιχωρῆσαι h. e. movendis parvis, minutis partibus mens incepit; has primum movit, antequam ad universam rerum farraginem movendam progrederetur. *Tennemannus* (Gesch. d. Philos. I, p. 321.) eum haec propterea statuisse censet, quod aliter singula secerni non potuerint. Verisimilior autem est *Ritteri* sententia. Mentem enim putat non absoluta potentia praeditam esse, verum sensim pedetentimque a minoribus ad maiora progredi, artificis instar. Cf. p. 253. 259. Defendi autem potest contra *Tiedemannum*, qui Anaxagoram sibimet ipsi contradicere autumat, quandoquidem in illa congerie, ubi omnia sint ὁμοῦ, de parvis, minimis, magnis sermo esse nequeat, sed omnia inter se similia et pari magnitudine videantur. Verum hoc loco Anaxagoras non loquitur de homoeomeriis, vel singulis partibus totius, a reliqua mole separatis,

Haec parva, quae primum mentis vi mota sunt, opponuntur in universum reliquis, quae eo adhuc tempore immota manebant. — ἔπειτε πλεῖον περιχωρεῖ, ab istis minoribus partibus mens longius progressa est, maiorem partem universi mundi nunc movet. καὶ περιχωρήσει ἐπιπλέον magis etiam movebit, non subsistet in his, quae hucusque ab ea mota sunt. *Ritterus* (p. 253. not.) legi vult: ἔπειτε πλέον περιεχώρεε. ἔπειτε pro ἔπειτα Ionici dicebant, vid. Ael. Dionys. ap. Eustath. ad Iliad. p. 1215, 33. *Reiz.* praef. Herod. p. 16. Quamobrem hanc lectionem in textum recepi: Simplic. l. c. habet ἐπεὶ δέ. Patet autem ex his verbis, ad Anaxagorae sententiam non omnia iam sic separata esse, ut amplius nihil separari queat, verum tempore subsequenti multa adhuc inde posse secerni, id quod cohaeret cum iis, quae alioquin satis nota sunt, siquidem etiam in rebus nunc separatis τὰ πάντα inveniri existimat. — Καὶ τὰ συμμισγόμενα — ἔγνω νοῦς. Sensus generalis: omnia novit mens, et mixta et secreta et discreta. συμμισγόμενα sunt homoeomeriae, antequam movebantur, sunt etiam motae, cum semper reliquorum corporum vel minutissimas particulas contineant. ἀποκρινόμενα, διακρινόμενα, discreta, secreta; cum vi cumulantur vocabula, non multum inter se differentia, de quorum significatione iam supra dictum est. πάντα ἔγνω νοῦς, i. q. γνώμην περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει. — καὶ ὁποῖα — διεκόσμησε νοῦς. Equidem haec inter se iungenda esse censeo; *Ritterus* (p. 228. not.) καὶ ὁποῖα — ὁποῖα ἦν ad priora trahit, cuius rationis causam idoneam non video, quandoquidem nova periodus his verbis incipit. Sensus: qualiacunque futura erant et qualiacunque erant, et quae nunc sunt et qualiacunque erunt, omnia mens in ordinem redegit. Pro ὅσα νῦν ἐστι legitur in Simplic. p. 38. a. ἅσσα νῦν μή ἐστι. Illud μὴ autem sine dubio eiiciendum est. Διακο-

σμεῖν et διακόσμησις sunt vocabula hac in re propria, et dicuntur de mente omnes res ex rudi indigestaque materia, in qua simul erant confusae, segregante et in certum ordinem redigente. Cf. de usu huius vocis *Valckenar.* diatrib. d. Eurip. perdit. dram. reliq. p. 40. *Carus* de fontib. cosmotheolog. Anaxag. p. 705. 706. *Fischer.* ad Plat. Phaed. p. 98. a. *Ast* ad Nicomach. institut. I, 6, p. 216. *Ritter.* p. 230. Iam invenitur in Homero, Il. II, 126. et al. locc. Herodot. I, 100. Thucyd. I, 21. VI, 60. Utuntur veteres hoc vocabulo saepius, cum de Anaxagora loquuntur. Plat. Cratyl. p. 400. a. καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν. Plut. Plac. philos. I, 3, 7. Id. in Vit. Pericl. p. 595. *Reiske.* Diog. Laërt. I, 4. II, 3. IX, 7. Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 6. Origen. philosoph. p. 887. Tzetz. exeg. in Iliad. p. 67. Cedren. chronic. p. 130. Simplic. in phys. Aristot. p. 33. b. 35. b. 38. b. Coel. p. 145. b. ἐκόσμησεν (ubi vero, ut ex supra allatis manifestum est, διεκόσμησεν legendum est.) Plat. Cratyl. p. 101. ed. *Heindorf.* κοσμεῖν. Stob. eclog. phys. I, p. 298. ed. *Heeren.* de eadem re: διατάσσειν. Euseb. praep. evang. p. 504. εἰς τάξιν ἄγειν. Hermias (irris. gentil. philos. ed. Oxon. 1700.) 6. p. 218. παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. Latini dicunt: *describere.* Cic. Nat. Deor. I, 11. (de ipso loquens Anaxagora) omnium rerum *descriptionem* et modum. Vid. d. Fin. III, 22. Praeterea cf. *Brandis* commentatt. Eleat. p. 124. Apte hac voce utitur Anaxagoras, nam mentis consilio singula formantur. Aristot. Anim. I, 2. τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς τὸν νοῦν λέγει. Idem fere in mente habuisse videtur Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. ed. lat. p. 27. „Anaxagoras vero tum boni, tum etiam mali efficientem causam mentem esse statuit.“ Aristot. Metaph. XII, 10.

Καὶ τὴν περιχώρησιν ταύτην νοῦς διεκόσμησεν, effecit eum motum, *ἣν νῦν περιχωρέει*. Subiecta huius verbi sequuntur sc. *τά τε ἄστρα κ. τ. λ.* Sensus: mentis vi ac voluntate effectus est motus siderum, solis, lunae, aëris, aetheris, quae quidem omnia circumferuntur motu circulari, *αἱ ἀποκρινόμεναι*. Hoc epitheton spectat ad omnes res, quarum mentionem fecerat: formata sunt sidera, nec non sol, luna, aër et aether, cum ex reliqua mole *secernerentur*. Quamobrem mens causa est motus illius primarii, quo omnia exorta sunt, aeque ac motus corporum coelestium. Origen. philosoph. 8. *κινήσεως δὲ μετέχειν τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ νοῦ κινούμενα, συνελθεῖν τε τὰ ὅμοια· καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν οὐρανὸν κεκοσμῆσθαι ὑπὸ τοῦ ἐγκυκλίου κινήσεως.* — *Ἡ δὲ περιχώρησις* — *ἀποκρίνεσθαι*. Secretio diversarum partium effecta est per hunc motum. Cf. fragm. 1. *κινουμένων δὲ καὶ διακρινομένων ἡ περιχώρησις πολλῷ μᾶλλον ἐποίει διακρίνεσθαι.* not. ad l. c. *Ritter.* p. 255 ss. Mens igitur erat id, quod movebat molem homoeomeriarum: hac ratione, s. per hunc motum a mente excitatum secretio facta est: *καὶ ἀποκρίνεται* — *τὸ ξηρόν*. Sensus: et secernitur a tenui densum, a frigido calidum, ab obscuro splendidum, ab humido siccum. Intelligendae sunt partes corporeae, quibus tales affectiones, *ποιότητες, ἰδέαι* conveniunt. Terra v. c. constat ex particulis terrenis, humidis, aliisque, quae densae et frigidae sunt. Vid. fragm. citat. et frag. 19. Materiae autem propriae insunt vires, proprio suo pondere haec, quae mentis vi mota et secreta sunt, feruntur in eum locum, quo nunc sunt. Infra uberius haec exponentur.

Μοῖραι δὲ πολλαὶ πολλῶν εἰσι, multae sunt partes multarum rerum, h. e. cum mentis consilio universus mundus moveretur, ita ut hoc motu omnia secernerentur, similia similibus accederent, humida cum

humidis, calida cum calidis, sicca cum siccis sese coniungerent, factum est, ut harum multarum rerum multae essent partes, siquidem in humidis nihilominus restabant calidae particulae, et sic porro. Hac ratione via munitur ad proxime sequentia: *παντάπασι δὲ οὐδὲν ἀποκρίνεται ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, πλὴν νοῦ*, i. e. nihil autem prorsus secernitur aliud ab alio[1]), praeter mentem; nam in omnibus adhuc sunt omnia, mens vero omnino diversa est a reliquis rebus. *Πλὴν νοῦ.* Haec verba iterum probant ea, quae supra de mente, utpote per semet ipsam subsistente, nulli rei admixta, dicta sunt. *Νοῦς δὲ — ὁ ἐλάσσων*, mens vero vel maior, vel minor, (v. c. in hominibus et in ceteris animantibus, *ὅσα ψυχὴν ἔχει*, cf. supr. init. huius fragmenti) similis est natura, est una eademque; manet semper natura sua, sive in magnis, sive in parvis apparet, *Carus* de fontib. cosmotheol. Anaxag. p. 703. Aristot. d. Anim. I, 2. *ἑτέρωθι δὲ τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ· ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζῴοις καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς, καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμιωτέροις.* Iam opponuntur menti reliquae res: *ἕτερον δὲ οὐδέν ἐστιν ὅμοιον οὐδενὶ ἄλλῳ*, i. e. nihil autem aliud simile est alii, nam *μοῖραι πολλαὶ πολλῶν εἰσι.* Nulla natura praeter intelligentiam habet aliam sui comparem, vel est alii cuidam compar. Sic recte hunc locum interpretatur *Beier.* ad Cic. Offic. I, 6. Aberrasse ostendit *Tennemannum* (Gesch. d. Philos. I, p. 316.) sic accipientem: intelligentiae cum alia re ne minimum quidem esse commune. Cf. fragm. 13. *ἕτερον οὐδέν ἐστιν ὅμοιον οὐδενὶ ἑτέρῳ ἀπείρων ὄντων.* — *Ἀλλ' ὅτῳ — καὶ ἦν*, pro *ὅτῳ* legendum esse videtur *ὅτεο* i. e. *ὅτου*, cuius rei plurima insunt, hoc

1) *Tennemann.* Gesch. d. Philos. I, p. 322. „Eine absolut vollständige Scheidung erfolgte aber keineswegs, sondern mit jedem Stoffe blieben Stoffe jeder Art beygemischt.“ Cf. fragm. 9. 10. 11.

illud ipsum est. Cf. Aristot. phys. I, 4. ὅτου δὲ πλεῖστον ἔχει ἕκαστον, τοῦτο δοκεῖν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ πράγματος. Sensus: cum omnia sint in omnibus, obstare videtur, sensibus nostris diversas res apparere. Haec diversitas oritur ex eo, cuius maxima multitudo inest: insunt quidem omnia, sed ἐκδηλότατα est et erat id, quod praeponderat reliqua. Sic v. c. in terrenis etiam cetera elementa continentur: terrena autem nobis esse videntur, quod pleraeque particulae terra constant, eademque ratio obtinet in reliquis rebus. Simplic. in Aristot. phys. p. 6. b. πάντα γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ, οἷον ὕδωρ, ἢ πῦρ, ἢ χρυσὸν, ἀγένητα μὲν εἶναι καὶ ἄφθαρτα, φαίνεσθαι δὲ γινόμενα καὶ ἀπολλύμενα συγκρίσει καὶ διακρίσει μόνον, πάντα μὲν ἐν πᾶσι ὄντα, ἑκάστου δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν ἐν αὐτῷ χαρακτηριζομένου. χρυσὸς γὰρ φαίνεται ἐκεῖνο, ἐν ᾧ πολὺ τὸ χρυσίον, καίτοι πάντα ἐνόντα. Id. in Aristot. phys. p. 33. b. πάντων ἐν παντὶ ἐνόντων, ἑκάστου δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν χαρακτηριζομένου. Id. in Aristot. Coel. p. 148. b. καὶ ὁ Ἀναξαγόρας τὰ ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκα, καὶ ὀστοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα σπέρματα ἐκάλει, ἐξ ὧν καὶ τὰ ὑπὸ Ἐμπεδοκλοῦς στοιχεῖα μικτὰ εἶναι ἔλεγεν, ἀέρα καὶ πῦρ καὶ τἆλλα πάντα, καὶ εἶναι ἀθροίσματα τῶν ὁμοιομερῶν ἅπαντα, οὐ φαίνεσθαι δὲ ἐξ αὐτῶν εἶναι, διὰ τὸ ἀόρατα καὶ ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα εἶναι τὰ ὁμοιομερῆ. Ibid. p. 149. a. ὁ δὲ Ἀναξαγόρας σύνθετα ταῦτα (sc. στοιχεῖα) ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν, ὥσπερ καὶ τἆλλα πάντα τὰ αἰσθητὰ σύνθετα ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν ποιεῖ κατ᾽ ἐπικράτειαν ἑνὸς τῶν ἐν αὐτοῖς χαρακτηριζόμενα. Ibid. p. 155. a. ὁ δὲ Ἀναξαγόρας οὐ τὰ τέσσαρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τἆλλα πάντα, δηλονότι τὰς ὁμοιομερείας στοιχεῖα λέγων, καὶ πάντα ἐν πᾶσιν εἶναι, κατ᾽ ἐπικράτειαν δὲ χαρακτηρίζεσθαι. ὅταν οὖν πλείω διακριθέντα συστῇ τῷ πυρὶ, τότε δοκεῖ γίνεσθαι πῦρ. Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. ed. lat. p. 41. „Anaxagoras enim ex cunctis simul rebus rem quamque temperari tradebat, sed quod plurimum esset in

mixtura, ex eo rei substantiam esse videri.“ Ibid. p. 154. „ut sint omnes res simul, nihilque pure unum sit, et ea res, quae dicitur esse, cum omnia sint in omnibus.“ Ioann. Grammat. in Aristot. d. Gen. et Corrupt. 5. b. fin. *φαίνεσθαι δὲ ἕκαστον καὶ ὀνομάζεσθαι κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν.* Id. in Aristot. phys. c. 2: *καλεῖσθαι δὲ ἕκαστον ἐκ τοῦ πλεονάζοντος τοῦ ἐν αὐτῷ. ὥσπερ ἐπὶ σωροῦ πανσπερμίας εἰ ἐνυπάρχει πλέον τῶν λοιπῶν σπερμάτων ὁ σῖτος, καλεῖται ὁ σωρὸς ἐκεῖνος σῖτος, ἐκ τοῦ πλεονάζοντος. οὕτως ἔνθα μὲν ἐστι πλείων ἡ σὰρξ τῶν ἄλλων, σάρκα τοῦτο καλεῖσθαι, ἔνθα δ' ὀστοῦν ὁμοίως ὀστοῦν. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ ξύλου καὶ χρυσοῦ καὶ τῶν λοιπῶν. ὥσπερ οὖν εἴ τις ἀπὸ τῆς πανσπερμίας κρυπτομένας κριθὰς δὲ ὀλιγότητα ἐξαγάγοι καὶ ποιῆσαι σωρείαν κριθῶν, οὐ γένεσιν κριθῶν οὗτος ἐποίησεν, ἀλλ' ἔκφανσιν μόνον καὶ ἔκκρισιν· οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων. ὅταν γὰρ ἐκ σαρκὸς ὀστοῦν γίνηται, ἢ τι ἕτερον, οὐκ ἔστι τοῦτο γένεσις κυρίως, ἀλλ' ἔκφανσις μόνον καὶ ἔκκρισις τοῦ πρὶν κρυπτομένου. πλὴν ἐπὶ μὲν τοῦ σωροῦ τῆς πανσπερμίας ἔστιν ἕν τι εἶδος εἰλικρινὲς ἐκκρῖναι, οἷον κριθάς. ἐπὶ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν τοῦτο ἀδύνατον· οὐκ ἐνδέχεται γὰρ οὐδέποτε σάρκα εἰλικρινῶς ἐκκριθῆναι, ἢ λίθον, ἢ χρυσὸν, ἢ ἄλλο τι, ἀλλ' ἀεὶ ἐν παντὶ τῷ ἐκκρινομένῳ ὁπηλίκον ἂν ᾖ, πάντα ἔνεστι, καλεῖται δὲ ἐκ τοῦ πλεονάζοντος. ταῦτα οὖν τὰ μικρὰ σαρκία συναγόμενα ἢ τὰ λιθάρια ποιεῖ σάρκα, ἢ λίθον, ἢ τι τοιοῦτον. ἡ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν σύνθεσις ποιεῖ τὰ ἀνομοιομερῆ. οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἀναξαγόρας.* Et paullo ante: *ἀρχὰς εἶναι τῶν ὄντων ὑπετίθετο, ὑλικὰς μὲν τὰς ὁμοιομερείας, ταύτας δὲ ἀπείρους εἶναι τὸν ἀριθμὸν καὶ τὴν ἐναντίωσιν. πρὶν δὲ τὸ πᾶν γίνεσθαι, πάσας ἅμα μεμίχθαι. τὸν δὲ νοῦν, ὃν καὶ ποιητικὸν αἴτιον ὑποτίθεται, ἀπό τινος χρόνου ἀρξάμενον θελῆσαι μὲν διακρῖναι ἀπ' ἀλλήλων πάντα, μὴ μὴν δυνηθῆναι τελείαν ποιήσασθαι τὴν διάκρισιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἀνομοιομερῆ διέκρινε συγκείμενα καὶ αὐτὰ ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν, τὰ μέντοι ὁμοιομερῆ εἰλικρινῶς οὐκ ἴσχυσε διακρῖναι. ἄλλων δ' ἐκεῖθεν ἀρχὴν τῇ ἐκκρίσει δόντα, ἐσαεὶ τοῦτο ποιεῖν· οὕτως οὖν γίνεσθαι,*

πάντα ἐκ πάντων, τῷ πάντα ἐν ἀλλήλοις ὑπάρχειν. εἶναι γὰρ ἐν τῷ ξύλῳ καὶ σάρκα καὶ ὀστοῦν, καὶ χρυσὸν, καὶ πάντα ἁπλῶς, κ. τ. λ. Id. in Aristot. d. Gen. et Corr. p. 4. a. Ἀναξαγόρας ἐκκρινομένας τὰς ὁμοιομερείας καὶ συνιούσας ἀλλήλοις, δηλονότι ἢ σάρκα ποιεῖν ἢ ὀστοῦν, οὐ γινομένης τῆς σαρκὸς φύσεως, ἀλλὰ φαινομένης τῷ πλείονας σαρκὸς ὁμοιομερείας εἰς ταὐτὸν συνελθεῖν. Aristot. phys. I, 4. φαίνεσθαι δὲ διαφέροντα καὶ προσαγορεύεσθαι ἕτερα ἀλλήλων ἐκ τοῦ μάλιστα ὑπερέχοντες, διὰ τὸ πλῆθος ἐν τῇ μίξει τῶν ἀπείρων. εἰλικρινῶς μὲν γὰρ ὅλον λευκὸν, ἢ μέλαν, ἢ γλυκὺ, ἢ σάρκα, ἢ ὀστοῦν οὐκ εἶναι. ὅτου δὲ πλεῖστον ἔχει ἕκαστον, τοῦτο δοκεῖν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ πράγματος. Lucret. I, 875 ss.

ut omnibus omneis
Res putet immixtas rebus latitare; sed illud
Apparere unum, quoius sint plurima mixta,
Et magis in promtu, primaque in fronte locata.

Cf. ad fragm. 1 et infra ad fragm. 22. *Ritter*, p. 263. Notandum praeterea est, Anaxagorea verba videri κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν s. κατ' ἐπικράτειαν χαρακτηρίζεσθαι, quandoquidem saepius a diversis afferuntur.

FRAGM. 9.

Οὐδὲ διακρίνεται, οὐδὲ ἀποκρίνεται ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου.

Notae.

Allatis illis verbis, quae in antecedenti fragmento exposita sunt καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ — ξηρόν, Simplic. in phys. Aristot. p. 38. a haec habet, dicens: εἶτα μετ' ὀλίγου ἐπάγει. Inveniuntur etiam p. 37. b. ubi praeter-

ea adiungit: *διὰ τὸ πάντα ἐν πᾶσιν εἶναι*; quae tamen Simplicii, non Anaxagorae esse videntur, et tantum explicationis causa adiecta sunt. Ad haec verba expedienda, revocemus necesse est in mentem quae in antecedentibus dixerat: *παντάπασι δὲ οὐδὲν ἀποκρίνεται ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου*. Vid. not. ad h. l. Quamquam enim Anaxagoras omnia per *διάκρισιν* et *ἀπόκρισιν* fieri censet, et cum Leucippo atque Democrito opponitur iis, qui *γένεσιν* per *ἀλλοίωσιν* explicant, tamen haec verba h. l. aliter sumenda esse, facile quivis intelliget. Ipse Simplic. l. c. dicit: *δῆλον οὖν, ὅτι ἄλλως μὲν εἴρηται τὸ, ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ἀραιοῦ τὸ πυκνὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄλλως δὲ τὸ, οὐδὲ ἀποκρίνεται τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου*. Sensus: omnia tam arcte inter se iuncta sunt, ut, quamvis aliquatenus mentis vi ac consilio mota et agitata separentur et secernantur, tamen non prorsus abscindantur, utque potius in qualibet re, qualis nunc deprehendatur, reliqua omnia insint. Cf. Simplic. in phys. Aristot. p. 106. b. *εἰκότως δὲ καὶ τῶν αἰσθητῶν ἕκαστον κοινωνεῖ πᾶσι, καὶ μετέχει πάντων. Ξύῤῥοια γὰρ μία, σύμπνοια μία, πάντα συμπαθέα, ὡς Ἱπποκράτης φησὶ, διὰ τὴν ἀρχέγονον ἐν τοῖς νοητοῖς αὐτῶν προυπάρχουσαν ἕνωσιν. Καὶ διακρινόμενα γὰρ ταῦτα οὐκ ἀπέσπασται πάντη ἀπ' ἀλλήλων. Διό φησιν ὁ Ἀναξαγόρας, μὴ δ' ἐνδέχεσθαι πάντα διακριθῆναι. Οὐ γὰρ παντελὴς διασπασμός ἐστιν ἡ διάκρισις. Διὸ οὐχ οἷόν τε βάδισιν, χρόαν, ἢ ὅλως τὰ πάθη καὶ τὰς ἕξεις χωρισθῆναι τῶν ὑποκειμένων.* Id. in Aristot. Coel. p. 155. b. *ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν καὶ τὰ μικτὰ φυλάττει, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας ἐβουλήθησαν.*

FRAGM. 10.

Μὴ δ' ἐνδέχεσθαι πάντα διακριθῆναι.

Notae.

Haec inveniuntur in Simplicii loco modo citato, p. 106. a. atque lucem accipiunt ex iis, quae iam hucusque disputata sunt. Ἐνδέχεσθαι est: in se recipere, admittere; impersonaliter adhibitum: fieri potest. Sensus: fieri non potest, ut omnia secernantur prorsus; semper omnia sunt in omnibus. Ioann. Grammat. in Aristot. phys. c. 2. ἐπὶ μὲν τοῦ σωροῦ τῆς πανσπερμίας ἔστιν ἕν τι εἶδος εἰλικρινὲς ἐκκρίναι, οἷον κριθάς. ἐπὶ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν τοῦτο ἀδύνατον. οὐκ ἐνδέχεται γὰρ οὐδέποτε σάρκα εἰλικρινῶς ἐκκριθῆναι, ἢ λίθον, ἢ χρυσὸν, ἢ ἄλλο τι, ἀλλ' ἀεὶ ἐν παντὶ τῷ ἐκκρινομένῳ, ὁπηλίκον ἂν ᾖ, πάντα ἔνεστι. Simplic. l. c. οὐχ οἷόν τε βάδισιν, χρόαν ἢ ὅλως τὰ πάθη καὶ τὰς ἕξεις χωρισθῆναι τῶν ὑποκειμένων. Sed Anaxagoram hanc sententiam fragmento supra allato exponere vix putaverim. Τὰ πάθη καὶ αἱ ἕξεις semper insunt in ipsis rebus; omnes autem res, quotquot sunt in rerum natura, sibi iunctae esse videntur, ita ut πάντα ἐν πᾶσι inveniantur. Simplic. in phys. Aristot. p. 37. b. τὰ γὰρ πάθη τουτέστι τὰ συμβεβηκότα ἀχώριστα τῆς οὐσίας ἐστὶν, οἷον τὰ χρώματα καὶ αἱ ἕξεις. μεμιγμένης γὰρ τῆς οὐσίας καὶ τῶν συμβεβηκότων, ἐὰν διακριθῇ τὸ συμβεβηκὸς, ἔσται οὐκέτι συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὐσία, ἅτε καθ' αὑτὸ ὑφεστὼς, καὶ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ τὸ εἶναι ἔχον· ὅπερ πάλιν οὐ καθ' ὑποκειμένου ἐκάλεσεν. Vid. ad fragm. 6. 8. 19.

FRAGM. 11.

Οὐ κεχώρισται τὰ ἐν ἑνὶ κόσμῳ, οὐδὲ ἀποκέκοπται πελέκει, οὔτε τὸ θερμὸν ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ, οὔτε τὸ ψυχρὸν ἀπὸ τοῦ θερμοῦ.

Notae.

Haec inveniuntur in Simplic. ad phys. Aristot. p. 37. b. ubi post illa, quae fragmento nono attulimus, sic pergit: *καὶ ἀλλαχοῦ οὐδὲ ἀποκέκοπται — — τοῦ θερμοῦ, οὐ γάρ εἶναι εἰλικρινὲς καθ' αὑτό,* quae quidem postrema explicationis causa a Simplicio adiecta esse, facile quivis videt. Priora: *οὐ κεχώρισται ἀλλήλων τὰ ἐν ἑνὶ κόσμῳ* vid. etiam in Simplic. p. 38. a. Cf. quae statim l. c. sequuntur: *ἀλλὰ σύνεστιν ἀλλήλοις, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐστὶν ὡς ἡνωμένα. καὶ διακέκριται οὖν καὶ ἥνωται κατὰ Ἀναξαγόραν τὰ εἴδη.* Sensus horum verborum idem est, quem iam supra ex prioribus fragmentis hausimus. *οὐ κεχώρισται ἀλλήλων* i. e. non separatum est alterum ab altero, eorum quidem quae sunt *ἐν ἑνὶ κόσμῳ*. Haec sunt difficillima. Quodsi fragm. 4. alius locus intelligitur, quo ut apud nos mentis vi secretio facta sit, plures sunt mundi ex Anaxagorae sententia. Vid. l. c. *ταῦτα μὲν οὖν μοι λέλεκται περὶ τῆς ἀποκρίσεως, ὅτι οὐκ ἂν παρ' ἡμῖν ἀποκριθείη, ἀλλὰ καὶ ἄλλη.* Etsi huius opininonis alioquin vestigia non deprehendantur, quid? quod ipse Anaxagoras inter eos referatur, qui unum mundum statuerint [1]): tamen uterque locus vix aliter explicari potest, nisi verba torqueamus. Cf. fragm. 21. *ἀποκρινομένων παρ' ἡμῖν.* Ad has difficultates tollendas equidem rem sic expediendam esse arbitror. Est *εἷς κόσμος*, si spectas univer-

---

1) vid. Stob. eclog. phys. I, 23, 3. p. 496. *Heeren. Ritter.* Gesch. d. Ion. Philos. p. 241. 288.

sam homoeomeriarum molem, nulla re circumdatam vel finitam: in illa autem plures sunt mundi, h. e. ἐν τῷ περιέχοντι insunt plures loci, ubi motu et vi mentis secretio facta est, ubi ergo terra est, et sol, et luna, et alia sunt, quorum recensum supra dedit Clazomenius. *Ritter.* p. 288. „es lässt sich doch wohl so viel mit Gewissheit annehmen, dass er noch andere Weltkörper sich als bewohnt gedacht habe, welches mit seinen obersten Grundsätzen insofern stimmt, als ihn diese darauf führen mussten, das Gebiet des vernünftigen so weit, als möglich, auszudehnen: dass er aber demohngeachtet nur von einer Welt sprach, nicht nach dem Sprachgebrauch des Anaximandros, beweist eine grössere Ausbildung seines Begriffs von der Welt, welcher gemäss er alles zu einer Welt zog, was durch das gemeinschaftliche Band der über alles sich erstrekkenden Wechselwirkung verbunden ist.“ Equidem autem non alia corpora coelestia l. c. intelligam. Plures mundi, qualis est noster, cum sole, luna et stellis, sunt in uno mundo, qui est τὸ πᾶν. Sic omnia sunt facilia. Hanc interpretationem, ut verbis convenientissimam, ita intellectu facillimam aliis praeferendam esse censeo, quamvis paucitate eorum, quae nobis relicta sunt, eorumdemque et ambiguitate et obscuritate et brevitate vix accuratius quid possit constitui. Quae vero si spreveris, intelligas necesse est sub voce κόσμος quamlibet rem per διακόσμησιν exortam, in se reliqua continentem, et coactam in ordinem et figuram: sed unde testimonium petas, quo talis usus loquendi confirmetur? Vid. tamen de significatu vocabuli κόσμος *Carus* de cosmo-theol. Anax. fontib. p. 737. Not. Quaeri autem hoc loco etiam potest, num Anaxagorae placuerit, post interitum huius mundi, qui nunc est, alium denuo esse emersurum [1]. Quan-

1) Sic *Schleiermacher.* (über Diogenes von Apollonia, p. 94.):

tum equidem video, διάκρισις et διακόσμησις τοῦ παντὸς ex Anaxagorae sententia nunquam iterum ita turbatur, ut in pristinum chaos redeat, quippe quae semel effecta semper manet: terra autem et corpora coelestia varias mutationes subire possunt, ita ut κόσμος sensu priori ἄφθαρτος, sensu posteriori φθαρτὸς dicendus sit. Qua quidem ratione diversa, alioquin sibi repugnantia coniunguntur. Vid. Stob. eclog. phys. I, 21, 1. p. 416. ed. *Heeren.* οἱ φάμενοι δὲ τὴν διακόσμησιν αἰώνιον ὑπάρχειν, περιοδευτικοὺς εἶναί φασι χρόνους, καθ' οὓς κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως γίγνεσθαι πάντα, καὶ τὴν αὐτοῦ διασώζεσθαι τοῦ κόσμου διάταξίν τε καὶ διακόσμησιν. Ἀναξίμανδρος, Ἀναξιμένης, Ἀναξαγόρας, Ἀρχέλαος, Διογένης, Λεύκιππος, φθαρτὸν τὸν κόσμον, καὶ ἐκπύρωσιν δέ. Tzetz. exeg. in Iliad. p. 41. ed. *Hermann.* καὶ ἕτεροι δὲ τῶν φυσικῶν ὁμοίως τούτοις (attulerat autem inter alios Anaxagoram) φασὶν, ὅσοι τέως τὸν κόσμον γενητὸν καὶ φθαρτὸν ὑποτίθενται, ἀλλ' οὐχ ὡς Ὅμηρος ἄφθαρτον. Eum mutationes quasdam orbis terrarum statuisse, iure quoque dicere mihi videor ex Diog. Laërt. II, 12. πρός τε τὸν εἰπόντα, εἰ τὰ ἐν Λαμψάκῳ ὄρη ἔσται ποτὲ θάλαττα; φασὶν εἰπεῖν, Ἐάν γε ὁ χρόνος μὴ ἐπιλείπῃ. Quod si haec omnia ita interpretamur, non obstat Simplic. in Aristot. phys. p. 33. a. ἀλλήλων δὲ (sc. διαφέρουσι Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς) πρῶτον μὲν τῷ τὸν Ἀναξαγόραν λέγειν ἅπαξ γενόμενον τὸν κόσμον ἐκ τοῦ μίγματος διαμένειν λοιπὸν ὑπὸ τοῦ νοῦ ἐφεστῶτος διοικούμενόν τε καὶ διακρινόμενον. [2]) Id. in Aristot. d. Coel. p. 91. b. ἥ τε τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ἀΐδιος διαμένει, καὶ ἡ τῆς γῆς ἐν τῷ μέσῳ στάσις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐδόκει λέγειν, καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος. Ab aliis traditur omnino nihil definiisse

---

„Lehre vom Wechsel vergänglicher Welten von Anaxagoras, Leucippus, Diogenes nach Stobaeus.“

2) Cf. ad h. l. *Carus* de fontib. Anaxag. cosmotheol. p. 705. not. *Ritter.* p. 241. not. p. 284.

de hac re. Vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 273, a. *ὁ δὲ Εὔδημος μέμφεται τῷ Ἀναξαγόρᾳ οὐ μόνον, ὅτι μὴ πρότερον οὖσαν ἄρξασθαί ποτε λέγει τὴν κίνησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ περὶ τοῦ διαμένειν ἢ λήξειν ποτὲ παρέλιπεν εἰπεῖν, καίπερ οὐκ ὄντος φανεροῦ. Τί γὰρ κωλύει, φησὶ, δόξαι ποτὲ τῷ νῷ στῆσαι πάντα χρήματα, καθάπερ ἐκεῖνος εἶπεν κινῆσαι. Καὶ τοῦτο αἰτιᾶται τοῦ Ἀναξαγόρου ὁ Εὔδημος. Πῶς ἐνδέχεται στέρησίν τινα προτέραν εἶναι τῆς ἀντικειμένης ἕξεως; εἰ οὖν ἡ ἠρεμία στέρησις κινήσεώς ἐστιν, οὐκ ἂν εἴη πρὸ τῆς κινήσεως.*

οὐδὲ ἀποκέκοπται κ. τ. λ. Laborat in quaerendo perspicuitatem. Sensus: quamvis per motum a mente effectum, homoeomeriae ex illa mole, qua antea coniunctae tenebantur, secretae sunt, tamen separatio totius non secuta est, verum *καὶ νῦν πάντα ὁμοῦ*, ut alio loco dicit. Sexcenties enim repetit *ἐν παντὶ* esse *πᾶν*, ut hoc modo intimam coniunctionem singulorum, nulla vi prorsus separandorum, non iuxta se, sed in se reliqua habentium, *ἓν* efficientium prodat. *πελέκει* i. e. non securi abscissum est alterum ab altero, nec calidum a frigido, nec frigidum a calido. Vid. ad hoc fragm. *Ritter.* p. 220.

FRAGM. 12.

Καὶ ὅτε δὲ ἴσαι μοῖραί εἰσι τοῦ τε μεγάλου καὶ τοῦ σμικροῦ, πλῆθος καὶ οὕτως ἂν εἴη. Καὶ ἐν παντὶ πάντα, οὐδὲ χωρὶς ἔστιν εἶναι. Ἀλλὰ πάντα παντὸς μοῖραν μετέχει· ὅτε δὲ τοὐλάχιστον μὴ ἔστιν εἶναι, οὐκ ἂν δύναιτο χωρισθῆναι, οὐδ' ἂν λίαν ἀφ' ἑωϋτοῦ γενέσθαι. Ἀλλ' ὅπερ περὶ ἀρχὴν εἶναι, καὶ νῦν πάντα ὁμοῦ. Ἐν πᾶσι δὲ πολλὰ ἔνεστι, καὶ τῶν,

ἀποκρινομένων ἴσα πλῆθος ἐν τοῖς μείζοσί τε καὶ ἐλάττοσι.

Notae.

Vid. Simplic. ad Aristot. phys. p. 35. a. καὶ ἅτε — ἴσῃ i. e. quandoquidem pari ratione comparatae sunt partes et magni et parvi s. quandoquidem particulae magnarum rerum aeque ac parvarum omnes res in semet ipsis continent, ideoque pariter instructae vel comparatae sunt. πλῆθος ss. idem dicendum est ratione multitudinis harum rerum. Per se nihil aut magnum aut parvum dici potest, (quod iam supra monuerat), siquidem etiam parva per universum mundum in qualibet re inveniuntur, eorumque ἴσαι μοῖραι sunt ac magnorum, quae in oculos cadunt: eadem vero est multitudo harum rerum; quot magna, tot parva sunt et insunt in omnibus rebus, quales nunc cernimus. Nobis tantum ob sensuum imbecillitatem aliud magnum, aliud parvum esse videtur, re vera omnia sunt aequalia, omnia in omnibus. Hoc ipse statim exponit, iterum dicens: ἐν παντὶ πάντα. οὐδὲ ἔστιν i. e. ἔξεστιν χωρὶς εἶναι i. q. χωρίζεσθαι, penitus avelli alterum ab altero. Cf. fragm. 11. ἀλλὰ — μετέχει i. e. sed quodcunque particeps est totius. ὅτε δὲ κ. τ. λ. quandoquidem vero minimum esse non potest (vid. fragm. 3. et animadvers. ad h. l.) οὐκ ἂν — χωρισθῆναι non poterunt separari (sc. τὰ πάντα), nam in quavis re, sunt omnia: quod autem per se non est, sed alia in se continet, id separari nequit ab aliis, οὐδ᾽ ἂν λίαν — γενέσθαι sc. τὰ πάντα, non possunt amoveri a semet ipsis, non possunt, prorsus separari. γίγνεσθαι ἀπό τινος i. e. ἀπογίγνεσθαι, ἀποκρίνεσθαι. Ἀποκρίνονται res, sed non λίαν ἀποκρίνονται, οὐ χωρίζονται ἐν τῇ ἀποκρίσει. ἑωϋτοῦ scripsi ut supra: in Simplicio legitur ἑαυτοῦ. Ἀλλ᾽ ὅπερ κ. τ. λ. eodem

FRAGM. 16.

Ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα, ὥστε ὁτιοῦν, οἷον τὸν ἄρτον τόνδε, καὶ σαρκὸς τῆσδε καὶ τοῦδε τοῦ ὀστοῦ μίγμα εἶναι ὁμοίως τῷ παντί.

Notae.

Simplic. in Aristot. phys. p. 106. a. qui haec affert dicens: οὕτως ἤρξατο τοῦ συγγράμματος. Quod vero tantummodo de initio huius fragmenti affirmari potest, quandoquidem reliqua illuc non pertinere patet ex nexu et ratione totius non minus, quam ex iis, quae iam ad fragm. 1. allata sunt: nisi omnino priora modo Anaxagorea esse censes; sapiunt enim postrema seriorem aetatem. Sensus: omnes res erant simul, ita ut quodcunque, v. c. hicce panis et huius carnis et huius ossis mixtura esset, similiter universo h. e. eodem modo ut universus mundus. Simplic. l. c. ἀπὸ γὰρ τῆς ἑκάστου μίξεως ἐπὶ τὴν πάντων ἦλθε μίξιν. Haec omnia accuratissime cohaerent cum praemissis, indeque lucem accipiunt. Vid. praeterea Aristot. Coel. III, 3. τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα, λέγω δὲ οἷον σάρκα, καὶ ὀστέων, καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον· ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μίγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων. Id. de Generat. Anim. I, 18. Ἀναξαγόρας μὲν γάρ φησιν εὐλόγως σάρκας ἐκ τῆς τροφῆς προσιέναι ταῖς σαρξί. Philopon. ad Aristot. d. Generat. Anim. p. 17. a. τῷ τοῦ Ἀναξαγόρου λόγῳ τῷ λέγοντι, μηδὲν ἐξ αἵματος γίνεσθαι, εἶναι γὰρ ἀεὶ τὰς ὁμοιομερείας, καὶ ἅπαντα ἐν πᾶσιν. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν τοῦ Ἀναξαγόρου λόγος δέδωκε πολλάκις εὐθύνας. Τούτους δὲ ἐρωτητέον, τίνα τρόπον ἡ ἀπελθοῦσα ἐκ τῆς κεφαλῆς κεφαλὴ αὔξεται καὶ τὰ ἄλλα μόρια; ὁ μὲν γὰρ Ἀναξαγόρας ἔλεγε τὴν σάρκα αὔξεσθαι, καὶ τὰ αἵματα, καὶ τὰ ἄλλα μόρια ὑπὸ τῶν σαρκῶν καὶ αἱμάτων, καὶ ὀστῶν, τῶν ἐνόντων τῷ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ. Πάντα γὰρ ἐν πᾶσιν ἐκείνῳ ἐδόκει. Aristot. phys. III, 4. καὶ ὁ μὲν

ὁτιοῦν μόριον εἶναι ὁμοίως μίγμα τῷ παντὶ, διὰ τὸ ὁρᾷν ὁτιοῦν ἐξ ὁτουοῦν γιγνόμενον. Ἐντεῦθεν γὰρ ἔοικε καὶ τὸ ὁμοῦ ποτε ἅπαντα χρήματα φάναι εἶναι. οἷον ἥδε ἡ σὰρξ καὶ τόδε τὸ ὀστοῦν καὶ οὕτως ὁτιοῦν καὶ πάντα ἄρα καὶ ἅμα τοίνυν. Ἀρχὴ γὰρ οὐ μόνον ἐν ἑκάστῳ ἐστὶ τῆς διακρίσεως, ἀλλὰ καὶ πάντων. Ἐπεὶ γὰρ τὸ γινόμενον ἐκ τοῦ τοιούτου γίνεται σώματος, πάντων δ' ἐστὶ γένεσις πλὴν οὐχ ἅμα, καί τινα ἀρχὴν εἶναι δεῖ τῆς γενέσεως· αὕτη δ' ἐστὶ μία, ὃν ἐκεῖνος καλεῖ νοῦν. Ὁ δὲ νοῦς ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἐργάζεται, νοήσας, ὥςτε ἀνάγκη ὁμοῦ ποτ' εἶναι, καὶ ἄρξασθαί ποτε κινούμενα. Simplic. ad h. l. p. 106. καὶ δείκνυσιν (Aristoteles) ὅτι οὐ μόνον τὸ ὅλον μίγμα ἄπειρον ἀνάγκη τῷ μεγέθει λέγειν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστην ὁμοιομέρειαν, ὁμοίως τῷ ὅλῳ πάντα ἔχουσαν ἐνυπάρχοντα, καὶ οὐδὲ ἄπειρα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπειράκις ἄπειρα. Ἀλλ', εἰς μὲν τὴν τοιαύτην ἔννοιαν ὁ Ἀναξαγόρας ἦλθεν, ἡγούμενος μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, καὶ πᾶν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τρέφεσθαι, ὁρῶν οὖν πᾶν ἐκ παντὸς γινόμενον, εἰ καὶ μὴ ἀμέσως, ἀλλὰ κατὰ τάξιν. Καὶ γὰρ ἐκ πυρὸς ἀὴρ, καὶ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς λίθος, καὶ ἐκ λίθου πάλιν πῦρ, καὶ τροφῆς δὲ τῆς αὐτῆς προςφερομένης, οἷον ἄρτου, πολλὰ καὶ ἀνόμοια γίνεται, σάρκες, ὀστᾶ, φλέβες, νεῦρα, τρίχες, ὄνυχες καὶ πτερὰ, εἰ οὕτω τύχοι καὶ κέρατα, αὔξεται δὲ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ, διὰ ταῦτα ἐν τῇ τροφῇ ὑπέλαβεν εἶναι καὶ ἐν τῷ ὕδατι, εἰ τούτῳ τρέφοιτο τὰ δένδρα, ξύλον, καὶ φλοιὸν, καὶ φύλλα, καὶ καρπόν. Διὸ πάντα ἔλεγε μεμίχθαι, καὶ τὴν γένεσιν κατὰ τὴν ἔκκρισιν γίνεσθαι. Πρὸς τοῦτο δὲ ἐνῆγεν ἴσως καὶ τὸ μενόντων τινῶν γίνεσθαι ἀπ' αὐτῶν ἄλλα, ὥςπερ ἐκ λίθου πῦρ καὶ ἐξ ὕδατος πομφολυγίζοντος ἀέρα. [1]). Ὁρῶν δὲ ἀφ' ἑκάστου τῶν νῦν διακεκριμένων πάντα ἐκκρινόμενα, οἷον ἀπὸ ἄρτου σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ τὰ ἄλλα ὡς πάντων ἅμα ἐνυπαρχόντων αὐτῷ καὶ μεμιγμένων ὁμοῦ, ἐκ τούτων ὑπενόει καὶ πάντα

1) cf. Ritter, p. 265.

ὁμοῦ τὰ ὄντα μεμίχθαι πρότερον πρὶν διακριθῆναι. Διὸ καὶ οὕτως ἤρξατο τοῦ συγγράμματος, ἦν ὁμοῦ τὰ πάντα χρήματα, ὥςτε ὁτιοῦν οἷον τὸν ἄρτον τόνδε, καὶ σαρκὸς τῆςδε, καὶ τοῦδε τοῦ ὀστοῦ μίγμα εἶναι ὁμοίως τῷ παντί. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἑκάστου μίξεως ἐπὶ τὴν πάντων ἦλθε μίξιν. Προφανέστερα γὰρ καὶ τῇ αἰσθήσει γνωριμώτερα τὰ καθέκαστα τῶν ὅλων, ὁμοιότητα δὲ λοιπὸν ἑκάστου πρὸς τὸ πᾶν ἐθεάσατο, ἐπί τε τῆς μίξεως καὶ τῆς ἀπ' ἀρχῆς διακρίσεως τῆς τε αἰτιώδους καὶ χρονικῆς· ὥςπερ, οἷον ἐν ἑκάστῳ ἀρχὴ γίνεταί ποτε τῆς διακρίσεως, οὕτω καὶ ἐν τῷ παντί. Καὶ ὥςπερ ἀπὸ ἑκάστου φαίνεταί τις γένεσίς ποτε γενομένη, οὕτως ἐπειδὴ καὶ πάντων ἐστὶ γένεσις, ἀπὸ τοῦ πάντων μίγματος καὶ πάντων γένεσις ἐξεκρίθη, εἰ καὶ μὴ ἅμα. Id. l. c, ἐν τροφῇ ἐστιν μοῖρα αἵματος κ. τ. λ. Lucret. I, 835 ss.

Ossa videlicet e pauxillis atque minutis
Ossibu', sic et de pauxillis atque minutis
Visceribus [1]) viscus, gigni, sanguenque creari
Sanguinis inter se multis coëuntibu' guttis:
Ex aurique putat micis consistere posse
Aurum, et de terris terram concrescere parvis,
Ignibus ex igneis, humorem humoribus esse.
Cetera consimili fingit ratione, putatque.

FRAGM. 17.

Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε.

Notae.

Sic habet Diog. Laërt. II, 3. Iam supra ad fragm. 1. de hac re disputatum est. Plerique scriptores ibi

---

1) vid. ad h. l. *Ritter*. p. 275. not.

citati Anaxagoram sic physica exorsum esse perhibent; unde saltem iure concludere mihi visus sum, haec verba revera esse Anaxagorea, quandoquidem summam doctrinae philosophi Clazomenii continent. Priora autem verba πάντα — ὁμοῦ in initio libri περὶ φύσεως posita fuisse arbitror nixus auctoritate Aristotelis et Simplicii. Sine dubio Anaxagoras haec, utpote cardinem totius, saepius repetiit (quod quidem ab eo in aliis rebus factum esse, priorum fragmentorum explicatione vidimus), ita ut seorsim iterum afferri possint, nisi mavis totum hoc fragmentum ex errore eorum ortum esse, qui duos locos diversos confunderent et coniungerent. Sic *Ritterus* p. 310, not. „zusammengezogen ist der Anfang mit später folgenden Lehren in allen den Stellen, wo sogleich die Weltbildung durch den νοῦς auf den Urzustand folgt." Sensus iam supra expeditus est. De significatu vocis διακοσμεῖν vid. ad fragm. 8.

FRAGM. 18.

Ἐπεὶ ἤρξατο ὁ νοῦς κινεῖν, ἀπὸ τοῦ κινουμένου παντὸς ἀπεκρίνετο. Καὶ ὅσον ἐκίνησεν ὁ νοῦς, πᾶν τοῦτο διεκρίθη. Κινουμένου δὲ καὶ διακρινομένων ἡ περιχώρησις πολλῷ μᾶλλον ἐποίει διακρίνεσθαι.

Notae.

Vid. Simplic. in Aristot. phys. p. 67. a. Sensus: *quum mens movere inciperet* (sc. illam molem homoeomeriarum): *ab universo illo, quod movebatur,* ἀπεκρίνετο *secretio facta est. Et quantum mens movit,* quorsum vim suam exseruit, *hoc omne secre-*

tum est, h. e. *ibi facta est mutatio; ita ut similia similibus accederent. Motus vero circularis universi illius, quod movebatur, et rerum, quae inde secernebantur, effecit, ut eo magis alia ab aliis secernerentur.* Hinc manifestum est, mentem efficere secretionem per motum circularem. Mens est causa, principium movens: ubi primum motum effecerat, tum latius propagatus est motus. Cf. *Ritter.* p. 255. 256. et vid. fragm. 8. ὡς ταῦς διακόσμησε τὴν περιχώρησιν κ. τ. λ. ἡ δὲ περιχώρησις αὕτη ἐποίησεν ἀποκρίνεσθαι κ. τ. λ. *Κινεῖν* est vocabulum proprium in hac re. Cernitur enim tota vis mentis in eo, quod intelligit et movet, γινώσκει καὶ κινεῖ. Aristot. d. Anim. I, 2. ἀποδίδωσι δ' ἄμφω τῇ αὐτῇ ἀρχῇ τό τε γινώσκειν καὶ τὸ κινεῖν, λέγων, νοῦν κινῆσαι τὸ πᾶν. Ibid. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀναξαγόρας ψυχὴν εἶναι λέγει τὴν κινοῦσαν, καὶ εἴ τις ἄλλος εἴρηκεν, ὡς τὸ πᾶν ἐκίνησε νοῦς. Antequam enim mentis vi ac voluntate rerum primordia et elementa secernebantur, erant immota, ἀκίνητα, ἠρεμοῦντα, cf. ad fragm. 8. Euseb. praep. evang. X, 14. p. 504. οὗτος δὴ πρῶτος διήρθρωσε τὸν περὶ ἀρχῶν λόγον· οὐ γὰρ μόνον περὶ τῶν πάντων οὐσίας ἀπεφήνατο, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ κινοῦντος αὐτὴν αἰτίου. Herm. irris. gentil. philos. 6. p. 218. ed. Oxon. 1700. ὅταν μὲν Ἀναξαγόρας παραλάβῃ με, ταῦτα παιδεύει· Ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς καὶ οὗτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὅλων, καὶ παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. Ταῦτα λέγων Ἀναξαγόρας ἐστί μοι φίλος, καὶ τῷ λόγῳ πείθομαι. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. τῆς δὲ κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως αἴτιον ἐπέστησε τὸν νοῦν ὁ Ἀναξαγόρας, ὑφ' οὗ διακρινόμενα τούς τε κόσμους καὶ τὴν τῶν ἄλλων φύσιν ἐγέννησαν. Id. p. 310. a. καὶ ὁ νοῦς παρὰ Ἀναξαγόρᾳ διακοσμῶν καὶ κινῶν ἐξ ἀρχῆς τὰς ὁμοιομερείας, διακρίνειν αὐτὰς λέγεται. Diog. Laërt. II, 8. καὶ νοῦν μὲν ἀρχὴν κινήσεως. Motus autem, quem effecit mens,

est motus circularis, περιχώρησις. Vid. fragm. 8. Simplic in phys. Aristot. p. 58, a. τῆς περιχωρήσεως ἐστιν αἴτιος ὁ νοῦς.

FRAGM. 19.

Τὸ μὲν πυκνὸν καὶ διερὸν, καὶ ψυχρὸν καὶ ζοφερὸν ἐνθάδε συνεχώρησεν, ἔνθα νῦν ἡ γῆ. Τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν ἐξεχώρησεν εἰς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος.

Notae.

Vid. Simplic. in Aristot. phys. p. 58. b. Sensus: *densa et humida et frigida et obscura eo loco congregata sunt, quo nunc est terra. Tenuia vero et calida et sicca secesserunt in excelsa loca aetheris*, scper motum circularem supra descriptum, a mente effectum. Vid. fragm. 7. ἡ δὲ περιχώρησις αὕτη ἐποίησεν ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἀποκρίνεται ἀπό τε τοῦ ἀραιοῦ τὸ πυκνὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ τὸ λαμπρὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ διεροῦ τὸ ξηρόν. Antea erat σύμμιξις πάντων χρημάτων τοῦ τε διεροῦ καὶ τοῦ ξηροῦ, καὶ τοῦ θερμοῦ, καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ τοῦ λαμπροῦ, καὶ τοῦ ζοφεροῦ κ. τ. λ. vid. fragm. 6. Haec omnia non tam sunt affectiones s. qualitates, sed res ipsae, quibus conveniunt. Cf. fragm. 6. 8. 10. et quae ibi allata sunt. Opponuntur vocabula συγχωρεῖν et ἐκχωρεῖν. Ad sententiam totius loci illustrandam cf. Origen. philosoph. 8. τὸ μὲν οὖν πυκνὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ τὸ σκοτεινὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ πάντα τὰ βαρέα συνελθεῖν ἐπὶ τὸ μέσον, ἐξ ὧν παγέντων τὴν γῆν ὑποστῆναι· τὰ δ' ἀντικείμενα τούτοις, τὸ θερμὸν καὶ τὸ λαμπρὸν καὶ ξηρὸν καὶ τὸ κοῦφον εἰς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος ὁρμῆσαι. Diog. Laërt. II, 8. καὶ νοῦν

μὲν ἀρχὴν κινήσεως. τῶν δὲ σωμάτων τὰ μὲν βαρέα τὸν κάτω τόπον, ὡς τὴν γῆν, τὰ δὲ κοῦφα τὸν ἄνω ἐπισχεῖν, ὡς τὸ πῦρ, ὕδωρ δὲ καὶ ἀέρα, τὸν μέσον. Scriptores citati inter se non differunt, quod ille τὰ βαρέα συνελθεῖν ἐπὶ τὸ μέσον h. e. in terram, hic vero ὕδωρ καὶ ἀέρα τὸν μέσον τόπον ἐπισχεῖν dicit. Loquitur enim auctor φιλοσοφουμένων de media parte totius mundi: Diogenes vero de eo, quod est medium inter aethera et terram, utpote extremas partes. Cf. *Ritter.* p. 285. Videmus autem tum ex genuinis Anaxagorae verbis, tum ex locis allatis, res a mente per motum circularem secretas *proprio suo pondere* sursum vel deorsum ferri in eum locum, quo nunc sunt. Habent enim proprias ἡδονάς, ut supra dictum est. Vid. ad fragm. 8. Aliter statuere videtur secundum Aristot. Coel. IV, 2. ἔνιοι μὲν οὖν τῶν μὴ φασκόντων εἶναι κενὸν, οὐδὲν διώρισαν περὶ κούφου καὶ βαρέος, ὥςτε Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς. Possunt tamen haec verba etiam sic explicari, ut non pugnent cum placitis Anaxagoreis, vid. *Ritter.* p. 277.

FRAGM. 20.

Οὕτω γὰρ ἀπὸ τουτέων ἀποκρινομένων συμπήγνυται γῆ· ἐκ μὲν γὰρ τῶν νεφελῶν ὕδωρ ἀποκρίνεται, ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος γῆ· ἐκ δὲ τῆς γῆς λίθοι συμπήγνυνται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ.

Notae.

Vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 38. b. et postrema: ἐκ μὲν γὰρ τῶν νεφελῶν — ψυχροῦ etiam p. 33. b. Describit originem terrae. Sensus: *Sic ex his secretis concrescit terra: ex nubibus secernitur aqua,*

ex aqua terra; ex terra lapides frigore concrescunt. οὕτω, scilicet ut expositum erat in fragmentis antecedentibus. τουτέων, intellige πυκνὰ, διερὰ, ψυχρὰ, ζοφερά. συμπήγνυσθαι concrescere, est vocabulum proprium hac in re, de solidis corporibus, ortis ex levioribus, et humidioribus. Sic fragm. 4. ἀνθρώπους συμπαγῆναι. Origen. philosoph. 8. ἐξ ὧν παγέντων τὴν γῆν ὑποστῆναι. ὕδωρ. Aqua igitur secundum Anaxagoram continet etiam terrenas particulas, e quibus terra, quam habitamus, composita est. Ad hanc opinionem Clazomenius sine dubio adductus est et primario suo placito, et experientia, quum humidis particulis vaporatis terrena sint residuae. ψυχροῦ. Frigus efficit, ut terrena concrescant, quo quidem modo lapides formantur. Cf. *Ritter.* p. 280. Quum autem in his nihilominus insint leviora (nam semper πᾶν ἐν παντὶ deprehenditur), non est mirandum, vapores i. e. humidas, aëreas, calidas particulas ex rebus gravioribus, secretis et suo pondere deorsum latis, in altum surgere. Diog. Laërt. II, 8. ἐπὶ τῆς γῆς πλατείας οὔσης τὴν θάλασσαν ὑποστῆναι, διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν. Origen. philosoph. l. c. τῶν δ' ἐπὶ γῆς ὑγρῶν τὴν μὲν θάλασσαν ὑπάρξαι, τάτε ἐν αὐτῇ ὕδατα ἐξατμισθέντα ὑποστάντα οὕτως γεγονέναι καὶ ἀπὸ τῶν καταῤῥυσάντων ποταμῶν. Plut. plac. philos. III, 16. Ἀναξαγόρας τοῦ κατ' ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, καὶ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος, εἰς ἁλυκίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποστῆναι. Destillat igitur ex nubibus aqua: gravior enim decidit versus terram, unde aërea quae secreta sunt, sua vi in altum surrexerunt. Per vapores aqua fit densior, et hoc modo oritur mare. Vid. ad totum hunc locum *Ritter.* p. 278. ss.

FRAGM. 21.

— — οὕτω τουτέων περιχωρούντων τε καὶ ἀποκρινομένων παρ' ἡμῖν ὑπὸ βίης τε καὶ ταχύτητος. Βίην δὲ ἡ ταχύτης ποιεῖ. Ἡ δὲ ταχύτης αὐτῶν οὐδενὶ ἔοικε χρήματι τὴν ταχύτητα τῶν νῦν ἐόντων χρημάτων ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ πάντως πολλαπλασίως ταχύ ἐστι.

Notae.

Vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 8. a. Priora autem desunt, ad quae haec referri debent. Sensus: *sic his motis et secretis apud nos vi et celeritate. Vim vero celeritas efficit. Celeritas autem eorum similis est nulli rei quoad celeritatem, earum quidem rerum, quae nunc sunt inter homines, sed omnino multipliciter celer est.* τουτέων scripsi, ut in fragm. 20. est; in Simplic. l. c. τούτων. περιχωρούντων. de vi huius vocabuli vid. ad fragm. 8. Saepius Anaxagoras eo utitur. Malim περιχωρεόντων. Παρ' ἡμῖν. Etiam in aliis locis universi mundi, secretio facta est. His opponitur secretio παρ' ἡμῖν. Cf. fragm. 4. et 11. nott. ad utrumque locum. Ipse Anaxagoras in fragm. 4. dicit: ὅτι οὐκ ἂν παρ' ἡμῖν ἀποκριθείη, ἀλλὰ καὶ ἄλλῃ. βίην κ. τ. λ. Sensus: omnia feruntur motu vehementi: vehementia et vis huius motus oritur ex celeritate eius. ἡ δὲ ταχύτης κ. τ. λ. Motus est celerrimus. Observa morem loquendi scriptorum Ionicorum: singula fusius exponuntur. αὐτῶν sc. τῶν ἀποκρινομένων. τῶν νῦν ἐόντων, rerum illarum, quae nunc quidem apud homines sunt. Sermo igitur est de primo illo motu a mente effecto, quo mundus ortus est, qualis nunc cernitur. Vid. ad h. l. *Ritter.* p. 279. 287.

FRAGM. 22.

Τὸ δὲ γίνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι οὐκ ὀρθῶς νομίζουσιν οἱ Ἕλληνες. Οὐδὲν γὰρ χρῆμα γίνεται, οὐδὲ ἀπόλλυται, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἐόντων χρημάτων συμμίσγεταί τε καὶ διακρίνεται, καὶ οὕτως ἂν ὀρθῶς καλοῖεν τό τε γίνεσθαι συμμίσγεσθαι, καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι διακρίνεσθαι.

Notae.

Vid. Simplic. in phys. Aristot. p. 34. b. Sensus: *non recte utuntur Graeci verbis* γίνεσθαι et ἀπόλλυσθαι. *Nulla enim res fit, neque vero interit, sed ex iis, quae iam sunt miscetur et secernitur, et sic rectius dicerent* συμμίσγεσθαι *misceri, pro* γίνεσθαι *fieri, et* διακρίνεσθαι *secerni, pro* ἀπόλλυσθαι *interire.* Iam supra in notis ad fragm. 1. de hac re dictum est. Sequitur enim ex primario placito Anaxagoreo, parum accurate homines esse in usu horum verborum. Γίνεσθαι et ἀπόλλυσθαι recte dicere poterant ii philosophi, qui elementum aliquod esse statuebant, unde omnia orta essent, quove recciderent, ut Thales, Anaximenes, Heraclitus. Alia erat Eleaticorum ratio, qui omnino fieri quidquam negarent, sed τὸ ὂν εἶναι contenderent. Cf. Parmenid. 97. ss.

οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἢ ἔσται
Ἄλλο παρὲξ τοῦ ἐόντος· ἐπεὶ τό γε Μοῖρ᾽ ἐπέδησεν
Οὖλον ἀκίνητόν τ᾽ ἔμεναι, τῷ πάντ᾽ ὄνομ᾽ ἐστίν,
Ὅσσα βροτοὶ κατέθεντο, πεποιθότες εἶναι ἀληθῆ,
Γίγνεσθαί τε καὶ ὄλλυσθαι, εἶναί τε καὶ οὐχί,
Καὶ τόπον ἀλλάσσειν, διά τε χρόα φανὸν ἀμείβειν.

Vid. *Brandis.* ad h. l. in commentatt. eleat. p. 119. Anaxagoras, Leucippus, Democritus nihil ex alio proprie fieri, in aliud mutari autumabant, sed ex

rebus non ortis, iam exsistentibus, ille ex homoeomeriis, hi corpusculis individuis mundum cum singulis eius partibus ortum esse censebant. Quocirca nihil ex mente Anaxagorae γίνεται, nihil ἀπόλλυται, sed tantum συμμίσγεται sive διακρίνεται. Recte Carus de fontib. Anaxag. cosmo-theol. p. 723: „ad res ex elementis procreandas non opus erat ex eius sententia ulla eorum mutatione, quam Thales statuisse videtur, sed tantum aut compositione aut discretione.“ His praemissis sensus huius fragmenti est in aprico: reprehendit enim vulgarem loquendi morem γίνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι. Νομίζειν recte usurpare vocabulum aliquod, vid. *Schneider* in lexic. s. v. et ib. cit. Thucyd. III, 82. γλῶσσαν οὐ τὴν αὐτὴν νενομίκασι. Singula verba sunt facilia. Nulla res oritur, sed nostris sensibus oriri videtur, dum maior copia homoeomeriarum praevalet. Fragm 8. ὅτεο πλεῖστα ἔνι, ταῦτα ἐνδηλότατα ἓν ἕκαστόν ἐστι καὶ ἦν. Vid. not. ad h. l. et quae ibi allata sunt. Ioann. Grammat. in Aristot. phys. c. 2. ὅταν γὰρ ἐκ σαρκὸς ὀστοῦν γίνηται, ἤ τι ἕτερον, οὐκ ἔστι τοῦτο γένεσις κυρίως, ἀλλ' ἐμφάνσις μόνον καὶ ἔκκρισις τοῦ πρὶν κρυπτομένου. Id. in Aristot. d. Gen. et Corr. p. 3. a. οὗτος γὰρ στοιχεῖα ποιῶν τὰ ὁμοιομερῆ, ἄπειρα ὄντα καὶ ἀμετάβλητα κατ' αὐτὸν, καὶ τῇ τούτων συγκρίσει καὶ διακρίσει καὶ ἐκκρίσει ποιῶν τὴν γένεσιν, τὸ γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι, ἀλλοιοῦσθαι ἐκάλεσεν. Simplic. in phys. Aristot. p. 6. b. ἀγέννητα μὲν εἶναι καὶ ἄφθαρτα, φαίνεσθαι δὲ γινόμενα καὶ ἀπολλύμενα συγκρίσει καὶ διακρίσει μόνον. Id. in Aristot. d. Coel. p. 46. a. οἱ μὲν ἀναιροῦσι γένεσιν, διακρίσει ὑφεστάναι λέγοντες πάντα, ὡς Ἀναξαγόρας. Plutarch. plac. philos. I, 3. ἐδόκει γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι, πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναταί τι γίνεσθαι, ἢ φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν. Id. I, 30. Ἀναξαγόρας ὁμοίως τὴν φύσιν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τουτέστι γένεσιν καὶ φθοράν. Id. IV, 29. ὡς καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Εὐριπίδης· θνῄσκει δ' οὐδὲν,

μεταμορφούμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο μορφὰς ἔδειξεν. Ad idem placitum respicere videtur Heraclid. Pont. Alleg. Homer. p. 76. ed. *Shol*. ἀλλ' ὁ Κλαζομένιος Ἀναξαγόρας κατὰ διαδοχὴν γνώριμος ὢν Θάλητος, συνέζευξε τῷ ὕδατι δεύτερον στοιχεῖον τὴν γῆν, ἵνα ξηρῷ μιχθὲν ὑγρὸν ἐξ ἀντιπάλου φύσεως εἰς μίαν ὁμόνοιαν ἀνακραθῇ. Καὶ ταύτην δὲ τὴν ἀπόφασιν πρῶτος Ὅμηρος ἐγεώργησεν, Ἀναξαγόρᾳ σπέρματα τῆς ἐπινοίας χαρισάμενος, ἐν οἷς φησι

ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. Il. 7, 99. Πᾶν γὰρ τὸ φυόμενον ἔκ τινων, εἰς ταῦτα ἀναλύεται διαφθειρόμενον, ὡσπερεὶ τῆς φύσεως, ἃ δεδάνεικεν ἐν ἀρχῇ, χρέα κομιζομένης ἐπὶ τέλει. Διὸ δὴ τοῖς Κλαζομενίοις δόγμασιν ἑπόμενος Εὐριπίδης φησὶ χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντα εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς εἰς αἰθέρα. Cf. *Valckenar*. ad Eurip. Phoeniss. p. 515. Id. in Diatrib. d. Euripid. perdit. dram. reliqu. p. 54. *Bouterweck*. in commentat. d. philos. Euripid. p. 11. *Tennemann*. Gesch. d. Philos. I, p. 306. „Sein Grundsatz war: alles, was ist und entsteht, aus dem, was schon besteht und vorhanden ist, abzuleiten und zu erklären.“

F R A G M. 23.

Ὁ δὲ νοῦς, ὅσα ἐστί τε κάρτα, καὶ νῦν ἐστιν, ἵνα καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἐν τῷ πολλῷ περιέχοντι, καὶ ἐν τοῖς προσκριθεῖσι, καὶ ἐν τοῖς ἀποκεκριμένοις.

Notae.

Locus difficillimus et sine dubio corruptus. Invenitur in Simplic. p. 33. b. ubi duplicem statuit esse διάκρισιν secundum Anaxagoram, vid. fragm. 4. Sic, ut verba leguntur, vix sensus inde extorqueri potest.

Vertam: mens, quatenus omnino est, nunc etiam est; ubi alia quoque omnia, in τῷ περιέχοντι caet. Fortasse hoc modo est emendandus: ὁ δὲ νοῦς, ὅσα ἐστί τε κάρτα, καὶ νῦν ἐστι, κινεῖ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα κ. τ. λ. i. e. mens ea, quae omnino sunt, et quae nunc (sc. hodierno rerum statu) sunt, movet, et omnia reliqua, quae inveniuntur ἐν τῷ πολλὰ περιέχοντι in eo, quod multa complectitur, vid. ad fragm. 2. καὶ ἐν τοῖς προςκριθεῖσι, et in iis, quae accreta, coagmentata, καὶ ἐν τοῖς ἀποκεκριμένοις, vel iam secreta sunt. Sensus: omnis motus efficitur mente. Hac ratione pauca mutantur, ἐστὶν ἵνα in ἐστὶ κινεῖ. Κινεῖν vero vocabulum proprium hac in re, et in Anaxagorea philosophia usitatissimum esse, supra monuimus ad fragm. 18. *Carus* d. Anaxag. cosmo-theol. fontib. p. 705. not. 4. haec habet: „obscurior hic locus emendatrice egere videtur manu, forsan leg. ὅσα ἔστησε κ. κ. ν. ε., i. e. quaecunque constituit, haec sane etiamnum sunt.“ *Ritterus* (p. 258) eodem modo ἔστησε aut ἐκίνησε legi vult pro ἐστί τε et in fine fragmenti supplet ἱστῇ vel κινῇ. Vertit totum locum: „was aber der Geist geordnet hat, das ist auch allerdings jetzt noch, damit er auch das Uebrige alles in dem vieles Umfassenden und in dem Ausgesonderten, und Abgesonderten ordnen könne.“ Observa praeterea discrimen inter προςκριθεῖσι et ἀποκεκριμένα. Per ἀπόκρισιν orta sunt multa, quae manere videntur, nec saltem tam cito intereunt, ut ea, quae quotidie, oriri vel interire cernimus, quae igitur a plerisque pro elementis habentur. Haec sunt ἀποκεκριμένα, iam in prima origine mundi conspicua, et diutius manentia, utpote aër, aqua ss. Ex his alia componuntur, quae citius dissolvuntur, sunt προςκριθέντα, non autem προςκεκριμένα.

FRAGM. 24.

Τὸν ἥλιον εἶναι μύδρον διάπυρον.

Notae.

Haec sententia Anaxagorae celeberrima erat inter veteres et sexcenties commemoratur. In Simplicio quidem non invenitur, siquidem in commentariis ad Aristotelem priori tantum libro physicorum Anaxagorae usus esse videtur, in quo principia generalia contineri, iam diximus [1]), quibus praemissis Clazomenius ad singulas res in mundo obvias explicandas progressus est. Verumtamen haec verba ipsius Anaxagorae esse, patet ex consensu totius antiquitatis. Alludit ad ea Plat. apolog. 14. (ib. *Fischer.* p. 102.) quo quidem loco Melitus commenta Anaxagorae Socrati adscripsisse dicitur: ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον λίθον φησὶ εἶναι, τὴν δὲ σελήνην γῆν. Ἀναξαγόρου οἴει κατηγορεῖν, ὦ φίλε Μέλιτε· καὶ οὕτω καταφρονεῖς τῶνδε, ὥςτε οὐκ εἰδέναι, ὅτι τοῦ Ἀναξαγόρου βιβλία γέμει τούτων τῶν λόγων. Xenoph. Memorab. IV, 7. κινδυνεῦσαι δ' ἄν, ἔφη, καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα οὐδὲν ἧττον, ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν, ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι. ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ εἶναι πῦρ τε καὶ ἥλιον, ἠγνόει, ὡς τὰ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥᾳδίως καθορῶσιν, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν· καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσιν, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ. ἠγνόει δὲ, ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων ἄνευ μὲν ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται. φάσκων δὲ τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι καὶ τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει· ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον πάντων λαμπρότερος ὢν

1) vid. supr. Cap. II. d. Scriptis Anaxagorae.

διαμένειν vid. intpp. ad h. l. Diog. Laërt. II, 12. διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον. Id. II, 10. φασὶ δ' αὐτὸν προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμὸν γενομένην τοῦ λίθου πτῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι· ὅθεν καὶ Εὐριπίδην, μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ, χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν τῷ Φαέθοντι.[1]) Plut. plac. philos. II, 20. μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον, ubi Democritus et Metrodorus eadem statuisse dicuntur. Hunc scriptorem sequitur, ut in his solet, Euseb. praep. evang. XV, 23, p. 836. Ioseph. contr. Apion. T. II, p. 493. ed. *Haverkamp*. μύδρον εἶναι διάπυρον. Stob. eclog. phys. I, 26, 3. Ἀναξαγόρας μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον εἶναι τὸν ἥλιον. Vid. *Heeren*. ad h. l. T. II, p. 526. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας· ὁ τὸν ἥλιον εἰπὼν μύδρον διάπυρον, τουτέστι, πύρινον λίθον. Harpocrat. s. v. Ἀναξαγόρας· τὸν ἥλιον μύδρον εἰπὼν διάπυρον. Cedren. chronic. p. 150. οὗτός ἐστιν, ὃς τὸν ἥλιον εἶπε μύδρον διάπυρον, τουτέστι, πύρινον λίθον· μύδρος δέ ἐστι σίδηρος ἀργὸς πεπυρακτωμένος. Τὸ δ' ἔπος

ἠέλιον πυρόεντα μύδρον ποτὲ φάσκεν ὑπάρχειν
καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας.

De quo disticho Diogenis Laërtii vid. supr. in commentat. d. vit. Anaxag. — Tzetz. exeg. in Iliad. p. 94. ed. *Hermann*. καὶ οὐχ, ὥςπερ Ἀναξαγόρας φησὶν, ὕστερον γενόμενος, ὅτι πυρῶδες· μύδρον γὰρ ὁ Ἀναξαγόρας τὸν ἥλιον λέγει, τουτέστιν, πεπυρακτωμένον σίδηρον. Id. p. 105. καὶ τὸν ἥλιον λευκόν φησι λέγων·

λευκὸν δ' ἦν, ἠέλιος ὥς,

Ἀναξαγόραν τὸν φυσικὸν περιτρέπων, πυῤῥόχροον καὶ μύδρον αὐτὸν λέγοντα. Olympiodor. comment. in Aristot. meteor. p. 6. a. ὡς καὶ τὸν Ἀναξαγόραν μύδρον καλέσαι

---

1) de hoc dramate Euripidis vid. *Menag*. ad l. c. *Forster*. ad Plat. apolog. p. 345. 316. et *Valckenar*. diatrib. p. 31.

τὸν ἥλιον διὰ τὸ ἄμετρον τῆς πυρώσεως· μύδρος γάρ ἐστιν ὁ πεπυρωμένος σίδηρος. Tatian. orat. contr. Graec. 45, p. 98. πῶς ἀπαθήσομαι τῷ λέγοντι, μύδρον τὸν ἥλιον; Schol. Apollon. Rhod. I, 498. ed. *Schäfer*. T. II, p. 40. Ἀναξαγόρας δὲ μύδρον εἰπὼν τὸν ἥλιον, ἐξ αὐτοῦ πάντα γεγονέναι ἔφη. [2]) Διὸ Εὐριπίδης, γνώριμος αὐτοῦ γεγονὼς, χρυσέαν βῶλον τὸν ἥλιον εἶπε. vid. *Valckenar*. in diatrib. p. 30. Schol. Euripid. Hippolyt. 601. Ἀναξαγόρας οὖν τὸν ἥλιον μύδρον ἔφη, καὶ ἐξ αὐτοῦ πάντα γίνεσθαι, ᾧ ἀκολουθήσας Εὐριπίδης χρυσέην βῶλον αὐτὸν εἴρηκεν. Schol. Euripid. Orest. 980. Ἀναξαγόρου μαθητὴς γενόμενος ὁ Εὐριπίδης μύδρον λέγει τὸν ἥλιον· οὕτω γὰρ δοξάζει. μύδρον δὲ καλοῦσι τὸν πεπυρακτωμένον σίδηρον· πέτρον δὲ καὶ βῶλον κατὰ ταὐτὸ εἴρηκεν. Origen. philosoph. 8. ἥλιον δὲ καὶ σελήνην καὶ πάντα τὰ ἄστρα λίθους εἶναι ἐμπύρους· ib. *Wolf*. Opp. Orig. T. I, p. 888. ed. Paris. Achill. Tat. isagog. ad Arat. 2. ἡ δὲ φυσιολογία περὶ τῆς οὐσίας, πότερον μύδρος ἐστὶ κατὰ Ἀναξαγόραν. Id. 19. Ἀναξαγόρας μύδρον αὐτὸν εἶπε. Cyrill. Alexandr. contr. Iulian. 6. p. 189. λίθον διάπυρον. Cf. *Ast*. ad Plat. legg. X, 2. T. II, p. 472. *Ruhkopf*. ad Senec. T. IV, p. 353. *Carus* Anaxag. u. s. Zeitgeist, p. 447 ss. (in *Fülleborn*. Magaz. d. Gesch. d. Philos. X, p. 237 ss.). — Μύδρος h. l. est globus lapideus igneus. De significatu huius vocis vid. *Wesseling*. ad Herodot. p. 76, 24. *Lennep*. in etymol. p. 157. *Heeren*. ad Stob. T. II, p. 528. Intpp. ad Xenoph. Memorab. IV, 7. *Schneider*. in Lexic. s. v. *Hemsen*, p. 52 ss. *Carus*, p. 449. not. qui Anaxagoram hoc ipso vocabulo usum esse, recte contendit. Hoc effatum, solem non esse Deum, sed lapidem igneum, ab inimicis et accusatoribus ei vitio esse versum, supra dictum est in commentatione

2) haec ita explicanda esse videntur: sol est caussa caloris, quo omnia proveniunt, crescunt, aluntur. Sic etiam in loco sequenti.

de vita Anaxagorae. Similiter statuit Clazomenius de reliquis corporibus coelestibus, id quod infra uberius exponendum erit, ubi etiam causae huius opinionis adducentur. Sensus autem est in aprico.

FRAGM. 25.

Ὑπὸ ἀφαυρότητος αὐτῶν οὐ δυνατοί ἐσμεν κρίνειν τἀληθές.

Notae.

Haec habet Sext. Empiric. advers. Mathemat. VII, 90. *ἀφαυρότης*, imbecillitas, *αὐτῶν* sc. *αἰσθήσεων*. Sensus: ob imbecillitatem sensuum non possumus iudicare, num quid verum an falsum sit: ratione ad haec diiudicanda opus est, *τὸν λόγον ἔφη κριτήριον εἶναι*, Sext. Empiric. advers. Mathemat. VII, 91. Ratione plura invenimus, quae sensibus percipi non possunt; quum vero ratio praestet sensibus, ei quoque maior fides habenda est. Sensus autem sunt fallaces et imbecilles. Sic omnes res oriri et interire videntur; ratio docet, eas manere semper, et tantum componi vel dissolvi. Huc etiam pertinet Anaxagorae paradoxon, nivem esse nigram, de quo infra fusius dicendum est. Quaelibet res omnes reliquas in se continet, ut patet ex doctrina de homoeomeriis: nihilominus nimis hebetes sunt sensus hominum, ita ut eorum adminiculo copia homoeomeriarum ibi latentium conspici nequeat. Uberius ipse rationem sententiae suae exponit ap. Sext. Empiric. l. c.] *ἔνθεν ὁ μὲν φυσικώτατος Ἀναξαγόρας ὡς ἀσθενεῖς διαβάλλων τὰς αἰσθήσεις, ὑπὸ ἀφαυρότητος αὐτῶν, φησὶ, οὐ δυνατοί ἐσμεν κρίνειν τἀληθές. Τίθησι δὲ πίστιν αὐτῶν τῆς ἀπιστίας τὴν παρὰ μικρὸν τῶν χρωμάτων ἐξαλλαγήν. Εἰ γὰρ δύο λάβοιμεν χρώματα, μέλαν καὶ λευκὸν, εἶτα ἐκ θατέρου εἰς θάτερον κατὰ σταγόνα παρεκχέοιμεν, οὐ δυνήσεται ἡ ὄψις*

διακρίνειν τὰς παρὰ μικρὸν μεταβολὰς, καίπερ πρὸς τὴν φύσιν ὑποκειμένας, h. e. si duorum colorum, nigri et albi, minima particula admiscetur alteri, mutationem factam esse, negari non potest: attamen sensibus nondum percipitur. Plutarch. plac. philos. I, 3. *οὐ γὰρ πάντα ἐπὶ τὴν αἴσθησιν ἀνάγειν, ὅτι ἄρτος καὶ τὸ ὕδωρ ταῦτα κατασκευάζει, ἀλλ' ἐν τούτοις ἐστὶ λόγῳ θεωρητὰ μόρια.* Simplic. in Aristot. d. Coel. p. 148. b. *εἶναι ἀθροίσματα τῶν ὁμοιομερῶν ἅπαντα, οὐ φαίνεσθαι δὲ ἐξ αὐτῶν εἶναι διὰ τὸ ἀόρατα καὶ ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα εἶναι τὰ ὁμοιομερῆ.* Cf. fragm. 1. *πάντων ὁμοῦ ἐόντων οὐδὲν εὔδηλον ἦν ὑπὸ σμικρότητος.* fragm. 6. *οὐδὲ χροιὴ εὔδηλος ἦν οὐδεμίη.* *Carus* de Anaxag. cosmo-theol. fontib. p. 700. not. Hinc explicanda sunt, quae affert Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. p. 119. „nihil verum esse dicentes.“ Ibid. p. 160. „videri omnia vera. Quam ob causam Anaxagoras dixisse traditur, cuique res omnes tales fore, quales mente sibi perceperit, quandoquidem sensus vera non ostendant.“ Aristot. Metaph. IV, 5. *Ἀναξαγόρου δὲ καὶ ἀπόφθεγμα μνημονεύεται πρὸς τῶν ἑταίρων τινὸς, ὅτι τοιαῦτα αὐτοῖς ἔσται τὰ ὄντα, οἷα ἂν ἀπολάβωσι*, quibuscum bene quadrant, quae de nive dixerat, Cic. Acad. Quaest. IV, 31, *sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse, ne videri quidem.* Nam quum omnia sint in omnibus, quaelibet res talis esse videtur, qualis est natura illorum, quorum maxima in ea ipsa deprehenditur copia, *κατ' ἐπικράτειαν ἓν ἕκαστον χαρακτηρίζεται.* *Ritterus* (p. 298.) haec verba: *ὑπὸ ἀφαυρότητος κ. τ. λ.* non ab Anaxagora ipso profecta esse censet: quod autem cur negandum sit, equidem non video. Idem proponit *ἀμαυρότητος* pro *ἀφαυρότητος*. Sic Anaxagoram scribere potuisse, concedendum esse arbitror: re vera eum sic scripsisse, vix certis argumentis demonstrari poterit.

Ex hoc fragmento etiam patet, quo sensu Clazo-

menius dixisse tradatur, medium esse semper aliquid inter duo opposita. Aristot. Metaph. IV, 7. *ὁ δ' Ἀναξαγόρας, εἶναί τι μεταξὺ τῆς ἀντιφάσεως, ὥςτε πάντα ψευδῆ· ὅταν γὰρ μιχθῇ, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε οὐκ ἀγαθὸν εἶναι τὸ μίγμα, ὥςτε οὐδὲν εἰπεῖν ἀληθές.* Ibid. IV, 5. *εἰ οὖν μὴ ἐνδέχεται γενέσθαι τὸ μὴ ὂν, προϋπῆρχεν ὁμοίως τὸ πρᾶγμα ἄμφω ὂν, ὥςπερ καὶ Ἀναξαγόρας μεμῖχθαι πᾶν ἐν παντί φησι.* Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. p. 158. „Anaxagoras vero esse medium quoddam contradictionis. Temperamentum enim si ex bono et malo temperetur, neque bonum esse, neque rursus non bonum, et pari ratione neque malum, neque non malum, ex quo medium contradictionis esse concludebat, et omnia opposita esse falsa, id est, et affirmationem et negationem. Ait enim, cum bonum et malum mista fuerint, quod ex his temperamentum, neque bonum esse, neque non bonum, item neque malum, neque non malum, sed esse tale temperamentum. Cum igitur omnia in omnibus mista esse putaret, omnes contradictiones in re quaque dicebat esse falsas.“ Cf. *Ritter*. p. 270. 295. Quae omnia Anaxagoram tollere principium contradictionis, ostendere videntur. Verumtamen re accuratius considerata eum haec non de propositionibus logicis, ut aiunt, sed de rebus ipsis, quae experientia cognoscuntur, enuntiasse patet, uti iam *Tennemannus* exposuit.[1]) Quamobrem non premenda esse arbitror verba Ciceronis, in hisce parum accurati, Quaest. Academ. I, 12. „rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem et veluti amantes Socratem, Demo-

1) quem vid. T. I, p. 330. ss. inprimis p. 333. „Man kann nicht sagen, dass ein Körper Feuer, auch dass er nicht Feuer sey, denn er besteht auch noch aus andern Stoffen. Wenn etwas gemischt wird, so ist das Gemisch weder gut, noch nicht gut. Denn es kann auch noch ein Drittes geben.“

critum, *Anaxagoram*, Empedoclem, omnes paene veteres: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse; angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae, et, ut Democritus, in profundo veritatem esse demersam: opinionibus et institutis omnia teneri: nihil veritati relinqui: deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt." Loquitur enim Cicero in universum de iis, qui incertam esse dicunt humanam cognitionem, ita quidem, ut huc afferat philosophos alioquin diversissimos, qui omnes, quantumvis eorum discrepet sententia, in eo conveniunt, quod homines rerum causas perspicere posse, negant. Ex Anaxagorae placitis igitur sensibus cognoscuntur res, sed non accurate quales sunt; id quod tantum rationis adminiculo explorari potest. Quae vero omnia in omnibus contineri docet, ut quaelibet res talis esse videatur, qualis sit ea pars homoeomeriarum, quae copia ac multitudine reliquas ibidem inveniendas exsuperat. Alius locus, de quo *Tennemannus* (I, p. 290. 332.) uberius disputat, quemque pro incerto habet, huc trahendus invenitur apud Sext. Empiric. advers. Mathemat. VII, 290. *Διότιμος δὲ τρία κατ' αὐτὸν ἔλεγεν εἶναι κριτήρια· τῆς μὲν τῶν ἀδήλων καταλήψεως τὰ φαινόμενα, ὥς φησιν Ἀναξαγόρας, ὃν ἐπὶ τούτῳ Δημόκριτος ἐπαινεῖ κ. τ. λ.* Recte hunc locum explicavisse videtur *Ritterus*, p. 299. ss. scilicet *κριτήριον καταλήψεως τῶν ἀδήλων εἶναι τὰ φαινόμενα*, experientia ostendi, num ea, quae antea ignota fuerint, recte a nobis percepta sint.

PARS III.

ANAXAGORAE DOCTRINA EXPONITUR.

Hactenus fragmenta ipsa philosophi Clazomenii secuti exposuimus eius doctrinam. Singula in hisce dispersa breviter nunc colligamus, eorumque summam paucis complectamur, ut manifeste appareat, quid de rerum natura et principiis censuerit. Haec enim in primo physicorum libro ab eo fuisse descripta supra dictum est in commentatione de scriptis eius. Restat, ut his summatim perspectis ad singula descendamus, quae in sequentibus operis sui libris protulit, quorum fragmenta apud Simplicium talia non enarrantem, non servata sunt, vestigia autem apud multos scriptores inveniuntur, accuratius fusiusque persequenda.

Quum sicuti priores physici ex nihilo nihil fieri posse statueret, factum est, ut cum istis materiem, e qua res omnes ortae essent, aeternam esse, concluderet. Non autem probabilis ipsi videbatur priorum Ionicorum ratio, quippe qui unum quoddam elementum esse dicerent, e quo omnia orirentur, quo reciderent. Quocirca ea omnia, quae nunc sensibus percipiuntur et diversa esse videntur, inde

ab initio sic comparata fuisse, docuit: Terra, ut res exemplo dilucidetur, non orta est ex aqua condensata, sed una fuit cum illa iam eo tempore, quo chaos omnia obtegit: eodemque modo quaelibet earum rerum, quas ubique oculis aliorumque sensuum ope cognoscimus, aeternum fuit, neque vero ex aliis originem traxit. Quot res, quarum pars similis est toti, tot elementa, eaque innumera, quum harum rerum multitudo infinita sit in mundo. Huic opinioni obstare videtur, quod alia oriri, alia interire, vetera abolescere, nova ex istis quotidie provenire cernimus. Quibus argumentis adductus ortum et interitum rerum aliter explicare studuit, ita quidem, ut per *σύγκρισιν* et *διάκρισιν* omnia fieri censeret.[1]) Uberius haec exposita sunt in fragm. 1, nott. ad h. l. fragm. 22.

1) Etiam experientia duce ad hanc opinionem adductus est. Vid. Plutarch. plac. philos. I, 3. *ἔδοξε γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι, πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναταί τι γίγνεσθαι ἢ φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν. τροφὴν γοῦν προσφερόμεθα ἁπλῆν καὶ μονοειδῆ, οἷον τὸν Δημήτρειον ἄρτον, τὸ ὕδωρ πίνοντες· καὶ ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς τρέφεται θρὶξ, φλὲψ, ἀρτηρία, νεῦρα, ὀστᾶ, καὶ τὰ λοιπὰ μόρια. Τούτων οὖν γινομένων, ὁμολογητέον ἐστὶν, ὅτι ἐν τῇ τροφῇ τῇ προσφερομένῃ πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα, καὶ ἐκ τῶν ὄντων πάντα αὔξεται, καὶ ἐν ἐκείνῃ ἐστὶ τῇ τροφῇ μόρια αἵματος γεννητικὰ, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων, καὶ τῶν ἄλλων, ἃ ἦν λόγῳ θεωρητὰ μόρια.* Alex. Aphrodis. in Aristot. Met. p. 141. „Anaxagoras omnia cum omnibus temperata esse tradidit, scilicet quia cuncta ex cunctis fieri cernebat."

PARS III.

ANAXAGORAE DOCTRINA EXPONITUR.

Hactenus fragmenta ipsa philosophi Clazomenii secuti exposuimus eius doctrinam. Singula in hisce dispersa breviter nunc colligamus, eorumque summam paucis complectamur, ut manifeste appareat, quid de rerum natura et principiis censuerit. Haec enim in primo physicorum libro ab eo fuisse descripta supra dictum est in commentatione de scriptis eius. Restat, ut his summatim perspectis ad singula descendamus, quae in sequentibus operis sui libris protulit, quorum fragmenta apud Simplicium talia non enarrantem, non servata sunt, vestigia autem apud multos scriptores inveniuntur, accuratius fusiusque persequenda.

Quum sicuti priores physici ex nihilo nihil fieri posse statueret, factum est, ut cum istis materiem, e qua res omnes ortae essent, aeternam esse, concluderet. Non autem probabilis ipsi videbatur priorum Ionicorum ratio, quippe qui unum quoddam elementum esse dicerent, e quo omnia orirentur, quo reciderent. Quocirca ea omnia, quae nunc sensibus percipiuntur et diversa esse videntur, inde

ab initio sic comparata fuisse, docuit: Terra, ut res exemplo dilucidetur, non orta est ex aqua condensata, sed una fuit cum illa iam eo tempore, quo chaos omnia obtegit: eodemque modo quaelibet earum rerum, quas ubique oculis aliorumque sensuum ope cognoscimus, aeternum fuit, neque vero ex aliis originem traxit. Quot res, quarum pars similis est toti, tot elementa, eaque innumera, quum harum rerum multitudo infinita sit in mundo. Huic opinioni obstare videtur, quod alia oriri, alia interire, vetera abolescere, nova ex istis quotidie provenire cernimus. Quibus argumentis adductus ortum et interitum rerum aliter explicare studuit, ita quidem, ut per σύγκρισιν et διάκρισιν omnia fieri censeret.¹) Uberius haec exposita sunt in fragm. 1. nott. ad h. l. fragm. 22.

---

1) Etiam experientia duce ad hanc opinionem adductus est. Vid. Plutarch. plac. philos. I, 3. ἔδοξε γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι, πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναταί τι γίγνεσθαι ἢ φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν. τροφὴν γοῦν προςφερόμεθα ἁπλῆν καὶ μονοειδῆ, οἷον τὸν Δημήτρειον ἄρτον, τὸ ὕδωρ πίνοντες· καὶ ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς τρέφεται θρὶξ, φλὲψ, ἀρτηρία, νεῦρα, ὀστᾶ, καὶ τὰ λοιπὰ μόρια. Τούτων οὖν γινομένων, ὁμολογητέον ἐστὶν, ὅτι ἐν τῇ τροφῇ τῇ προσφερομένῃ πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα, καὶ ἐκ τῶν ὄντων πάντα αὔξεται, καὶ ἐν ἐκείνῃ ἐστὶ τῇ τροφῇ μόρια αἵματος γεννητικὰ, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων, καὶ τῶν ἄλλων, ἃ ἦν λόγῳ θεωρητὰ μόρια. Alex. Aphrodis. in Aristot. Met. p. 141. „Anaxagoras omnia cum omnibus temperata esse tradidit, scilicet quia cuncta ex cunctis fieri cernebat.“

Quae quidem particulae, quum continentes vocantur *homoeomeriae*, vid. ad fragm. 3. Quaeri iam h. l. potest, qua ratione differant Anaxagorae homoeomeriae ab atomis Leucippi et Democriti, siquidem saepius hi tres una nominantur, aliisque physicis illius aevi opponuntur. Supra expositum est, corpuscula illa individua, quibus Leucippus atque Democritus ad ortum et interitum rerum explicandum utebantur, *ἄποια* esse, vid. ad fragm. 1. Contra homoeomerias variis coloribus, figuris et viribus praeditas esse, manifeste docet Anaxagoras in fragm. 3. [1]) Sed alia adhuc deprehenditur diversitas, qua quidem enucleanda si Anaxagoram errasse et in tricas incidisse viderimus, quis est, qui nimis inique ferat, nec humanae imbecillitati tribuat, ne viri alioquin optime meriti et admirando ingenii acumine rerum causis cognoscendis unice intenti manes laesisse videatur? Leucippus enim et Democritus corpuscula individua, *ἀτόμους*, esse

1) cf. Simplic. in Aristot. phys. p. 10. a. *οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ ταῖς οὐσίαις ἐναντίας τίθενται* (sc. *ἀρχάς*). *θερμότητας γὰρ καὶ ψυχρότητας, καὶ ξηρότητας, καὶ ὑγρότητας, μανότητάς τε καὶ πυκνότητας; καὶ τὰς ἄλλας κατὰ ποιότητα ἐναντιότητας ἐν ταῖς ὁμοιομερείαις ἀποτίθενται. Αἷς διαφέρειν τὰς ὁμοιομερείας, ἀρχὰς κατ' αὐτοὺς οὔσας φασί, κυρίως τε ἐναντιότητος ἐν ταῖς ποιότησι θεωρουμένης, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς σχήμασιν.* — pg. ead. *Δημόκριτος μὲν κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν θέσιν τὴν ἐναντίωσιν ἐτίθετο, Ἀναξαγόρας δὲ καὶ παρὰ τὴν οὐσίαν καὶ κατὰ τὸ γένος.*

statuunt, e quibus universus mundus conflatus sit; Anaxagoras vero homoeomerias quamvis infinitas sic comparatas esse docet, ut in minima particula earum omnes res, ὁμοῦ τὰ πάντα contineantur. Non est igitur minimum quid in rerum natura, sed in minimo etiam omnia continentur: εἶναι δὲ τῷ ἀπείρῳ ἀπειράκις ἄπειρα. Quo factum est, ut sibimet ipsi contradiceret, vel omnia omnino tolleret. Vid. fragm. 5. et nott. ad h. l. Simplic. in Aristot. phys. p. 106. 8. *Tennemann* Gesch. d. Philos. I, p. 307. *Ritter*, p. 216.

Quae quidem infinita homoeomeriarum congeries, unde postea secretione mundus exortus est, ab initio circumdata erat aëre et aethere, iisque etiam in reliqua mole contentis, sed peculiari vi super alias res elatis, et quasi amplexu caetera cohibentibus. Haec vero omnia τῷ περιέχοντι circumdabantur, quod sine dubio ὁμοῦ τὰ πάντα complectebatur. Vid. fragm. 1. 2. Quae inter se mixta unam efficiebant rudem indigestamque molem,[1] in qua nullus color erat conspicuus; in qua nihil discerni poterat, quamvis diversissima iam inerant, fragm. 6. Universum autem proprio suo pondere ferebatur, Simplic. in Aristot. phys. p. 128. b. καὶ μάλιστα Ἀναξαγόραν αἴτιον τῆς τοῦ ἀπείρου μονῆς λέγοντα,

1) non accurate loquitur Stob. eclog. phys. I, 18, 1. p. 368. ed. *Heeren*. Ἀναξαγόρας τὰς κράσεις κατὰ παράθεσιν γίγνεσθαι τῶν στοιχείων. Παράθεσις est vocabulum proprium Leucippi atque Democriti.

τὸ αὐτὸ αὑτὸ στηρίζειν. Τοῦτο δὲ, ὅτι ἐν αὑτῷ· ἄλλο γὰρ οὐδὲν περιέχει.

Ut vero haec ab aeterno tempore quiescentia (ἠρεμοῦντα, Aristot. phys. VIII, 1.) et inter se mixta aliqua ratione secernerentur et in ordinem certum redigerentur, opus erat maiori alia vi, quae id efficeret, mundumque formaret. δραστήριος ἀρχή, Sext. Empir. adv. Mathemat. IX, 4. Nihil autem cogitari potest, quod imperium exerceat in reliquas res, praeter mentem, cuius vim ac naturam fragm. 8. declarat. Est enim totius mundi, qualis nunc est, causa et effectrix, ita quidem ut res iam antea per se existentes, ex congerie ista secerneret, similes similibus admoveret, et inter se coniungeret. Eius autem natura cernitur potissimum in eo, quod non particeps est aliarum rerum, quarum nulla esse potest sine reliquis omnibus, sed prorsus a semet ipsa pendet, nulli admixta. Huc accedit, quod summa vi atque intelligentia praedita motum totius mundi eoque secretionem homoeomeriarum effecit. Aristot. Metaph. XII, 6. ὁ γὰρ νοῦς ἐνέργεια. Quum enim primum minutas particulas movisset, progressa est ad reliqua segreganda: eiusque vi ac voluntate non modo iste motus est effectus, quo homoeomeriarum infinita farrago secernebatur, verum etiam motus corporum coelestium, quippe qui pro uno eodemque cum illo habendus est. Secretionis autem huius, mentis vi effectae, haec erat ratio. Separabatur densum a tenui, calidum a frigido, splendidum ab obscuro, siccum ab humido, quae qui-

dem, omnia proprio suo pondere ferebantur vel sursum, vel deorsum, ut cuiusvis erat natura. Neque vero quum haec fierent, omnia prorsus secreta sunt, sed πᾶν ἐν παντὶ adhuc est, ita tamen ut quaelibet res talis esse videatur, qualis est potior pars homoeomeriarum in ea latentium. Homoeomeriarum, e quibus reliqua corpora componuntur, et in quas dissolvuntur, infinita est copia, quae tamen nec augeri, nec minui potest, siquidem materies, e qua omnia oriuntur, semper est una eademque, fragm. 14.

Iam igitur his praemissis patet, qua ratione Anaxagoras *universum mundum formatum esse statuerit*. Mens enim cuius vim ac naturam supra descripsimus, erat primaria causa, quae farraginem homoeomeriarum, i. e. materiem moveret,[1] et per hunc motum efficeret, ut quae hucusque mixta quievissent, secernerentur, utque similia similibus accederent, quamvis etiam in minima parte adhuc omnia essent, ita ut alia ex aliis oriri, vel semel exorta ali ac sustentari possent. Est igitur mens, qua Clazomenius mundum formatum esse contendit, vis divina. Supra attulimus, eum impietatis adversus Deos accusatum, Thucydidem, discipulum coniunctissimum ἄθεον vocatum esse. Sic Iren. adv. haer. II, 14. „Anaxagoras autem, qui et atheus cognominatus est.“ Quam rem si accuratius exploraveris, Anaxagoram non sensu proprio, sed sensu

---

1) Simplic. in Aristot. phys. p. 6. b. τὴν ἐλλείπουσαν αἰτίαν ἀνεπλήρωσε.

Graecorum ipsius aevi ἄθεον aliqua ratione nominandum esse, invenies. Patet hoc ex philosophandi modo, quo eum usum esse ostendimus, ubi de Thucydide sermo erat. Non enim Deos ubicunque agentes et voluntate sua quidlibet efficientes vidit, sed causas physicas indagavit, quarum vi singula exorta essent: quo factum est, ut v. c. solem μύδρον διάπυρον esse diceret, vid. fragm. 24. not. ad h. l. Quamobrem carmina Homerica per allegorias interpretatus est. Sed eo ipso, quod Deos, quales esse vulgus credebat, non adhibuit ad rerum causas explicandas, offendit. Plut. Nic. 23. Vol. III, p. 391. ed. *Hutten.* *οὐ γὰρ ἠνείχοντο τοὺς φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους, ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπρονοήτους, καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατρίβοντας τὸ θεῖον.* Verumtamen *νοῦς* est Deus (nam diversum esse eum statuit a materia), ideoque saepius a veteribus Deus appellatur.[1]) Tzetz. exeg. in Iliad. ed. *Hermann.* p. 67. *Ἀναξαγόρας δὲ καὶ ὁ κωμῳδὸς Μένανδρος νοῦν εἶναι τοῦτον (Δία) ἐνόμισαν. εἰ καὶ νοῦν δὲ τοῦτόν φασιν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐναντιοῦνται τοῖς Στωϊκοῖς, εἱμαρμένην αὐτὸν ὀνομάζουσι· καὶ γὰρ τὰ Ἀναξαγόρου νοῦν εἱμαρμένης καὶ οὐκ ἄλλο τι παριστῶσιν αὐτόν.* Stob. eclog. phys. I, p. 56. ed. *Heeren.* *νοῦν κοσμοποιὸν τὸν θεόν.* Themist. orat. 15, p. 360. ed. *Petav.* *καὶ ἐῶ τὸν Κλαζομένιον Ἀναξαγόραν, καὶ ἀφ' ὅσον*

1) sed maxime a serioribus. Vid. *Carus* d. Anaxag. cosmo-theolog. fontib. p. 708. *Ritter.* p. 238.

οὗτος διεκόσμησε νοῦν καὶ θεὸν πρῶτος ἐπαγαγόμενος τῇ κοσμοποιΐᾳ, καὶ οὐ πάντα ἀνάψας τῆς φύσεως τῶν σωμάτων. Cic. Acad. Quaest. IV, 37. „in ordinem adductas a mente divina.“ Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 6. τὸν μὲν νοῦν, ὅς ἐστι κατ' αὐτὸν θεὸς, δραστήριον ὑποτιθέμενος ἀρχὴν, τὴν δὲ τῶν ὁμοιομερῶν πολυμιγίαν, ὑλικήν. Nam Ὁμοιομέρειαι sunt ὕλη, τὸ ποιοῦν αἴτιον Νοῦς, Plutarch. plac. philos. I, 3. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας. Harpocrat. s. v. ead. Cedren. chronic. p. 130. ὕλην καὶ νοῦν πάντων ἀρχὴν καὶ φρουρὸν εἶπε· καὶ τὸν μὲν νοῦν ποιοῦντα, τὴν δὲ ὕλην γινομένην. Stob. eclog. phys. T. I, p. 297 ss. Heeren. καὶ τὰς μὲν ὁμοιομερείας ὕλην, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον νοῦν, τὸν πάντα διαταξάμενον. Plutarch. plac. philos. I, 3. τῇ ὕλῃ τὸν τεχνίτην προσέζευξε. Clem. Alex. strom. II, p. 364. ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν. Euseb. praep. evang. XIV, 16. p. 755. νοῦν καὶ θεὸν ἐπιστῆσαι τῷ κόσμῳ. Id. I, 8, p. 27. ἀποδείξομεν, ὅτι πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας νοῦν ἐπιστῆσαι τῇ τοῦ παντὸς αἰτίᾳ (leg. οὐσίᾳ vel ἀπειρίᾳ) μνημονεύεται. Herm. irris. gentil. philos. 6. p. 218. ed. Oxon. 1700. ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς, καὶ οὗτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὅλων. Simplic. in phys. Aristot. p. 106. b. ὑπὸ τοῦ δημιουργικοῦ νοῦ. Id. p. 324. a. τὸν Ἀναξαγόραν καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸν Ἑρμότιμον, ὡς μὴ μόνον ὑλικὰς αἰτίας ἀποδεδωκότας, ἀλλὰ καὶ νοῦν ὡς ποιητικὸν καὶ τελικὸν αἴτιον θεασαμένους, γράφει ταῦτα· νοῦν δέ τις εἰπὼν ἐνεῖναι καθάπερ ἐν ζώοις καὶ ἐν τῇ φύσει, τὸν αἴτιον καὶ

vid. Suid. et Harpocrat. s. v. ἀστρολογ. Cudsen. Dissert. p. 130. *Carus* d. Anax. cosmo-theol. fontib. p. 706.

Quamquam vero hac ratione mentis vi ac consilio mundum exortum esse statuebat Anaxagoras, tamen multa propriis rerum viribus tribuit, neque doctrinam, cujus fuit auctor, in omnibus explicandis adhibuit. Non enim eo usque progressus est, ut, quemadmodum *Plato*, mundum ad ideas mentis divinae formatum esse diceret, atque in singulis demonstraret, quo et qua ratione vis divina in iis esset conspicua. Haec philosophiae pars a Clazomenio relicta est manca atque vix inchoata, ita ut hac ratione quam maxime differat a Platone. Quemadmodum enim priores physici mundum *necessitate* quadam ex materie infinita exortum esse contendebant, sic Anaxagoras *mentis* vi usus est, quia tantam mutationem factam esse diceret. Res autem ipsae quales nunc sunt, semper fuerunt; mens tantum intelligit et movet (vid. Aristot. l. c.), non est effectrix rerum ipsarum, sed causa motus illius, quo conspicuae factae sunt. Sic rerum elementa, quae dicuntur, per se sunt, non mentis vi exorta; mens vero, quum intelligeret, haec motu circulari apte posse disponi et collocari, ita ea movit, ut inde mundus originem traheret, quem oculis nunc cernimus. Quare saepius a veteribus vituperatur Anaxagoras, vid. ad fragm. 8. *Ritter.* p. 248. 294.

Motus circularis, περιχώρησις, cujus auctor est mens, motusque earum rerum, quae semel secreta, proprio suo pondere sursum vel deorsum fe-

οὗτος διωρίσατο νοῦν καὶ θεὸν πρῶτος ἐπαγαγόμενος τῇ κοσμοποιΐᾳ, καὶ οὐ πάντα ἀνάψας τῆς φύσεως τῶν σωμάτων. Cic. Acad. Quaest. IV, 37. „in ordinem adductas *a mente divina*.“ Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 6. τὸν μὲν νοῦν, ὅς ἐστι κατ' αὐτὸν θεός, δραστήριον ὑποτιθέμενος ἀρχήν, τὴν δὲ τῶν ὁμοιομερῶν πολυμιγίαν, ὑλικήν. Nam Ὁμοιομέρειαι sunt ὕλη, τὸ ποιοῦν αἴτιον Νοῦς, Plutarch. plac. philos. I, 3. Suid. s. v. Ἀναξαγόρας. Harpocrat. s. v. ead. Cedren. chronic. p. 130. ὕλην καὶ νοῦν πάντων ἀρχὴν καὶ φρουρὸν εἶπε· καὶ τὸν μὲν νοῦν ποιοῦντα, τὴν δὲ ὕλην γινομένην. Stob. eclog. phys. T. I, p. 297 ss. Heeren. καὶ τὰς μὲν ὁμοιομερείας ὕλην, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον νοῦν, τὸν πάντα διαταξάμενον. Plutarch. plac. philos. I, 3. τῇ ὕλῃ τὸν τεχνίτην προσέζευξε. Clem. Alex. strom. II, p. 364. ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν. Euseb. praep. evang. XIV, 16. p. 755. νοῦν καὶ θεὸν ἐπιστῆσαι τῷ κόσμῳ. Id. I, 8, p. 27. ἀποδείξομεν, ὅτι πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας νοῦν ἐπιστῆσαι τῇ τοῦ παντὸς αἰτίᾳ (leg. οὐσίᾳ vel ἀπειρίᾳ) μνημονεύεται. Herm. irris. gentil. philos. 6. p. 218. ed. Oxon. 1700. ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς, καὶ οὗτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὅλων. Simplic. in phys. Aristot. p. 106. b. ὑπὸ τοῦ δημιουργικοῦ νοῦ. Id. p. 321. a. τὸν Ἀναξαγόραν καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸν Ἑρμότιμον, ὡς μὴ μόνον ὑλικῆς αἰτίας ἀποδεδωκότας, ἀλλὰ καὶ νοῦν ὡς ποιητικὸν καὶ τελικὸν αἴτιον θεασαμένους, γράφει ταῦτα· νοῦν δέ τις εἰπὼν ἐνεῖναι καθάπερ ἐν ζώοις καὶ ἐν τῇ φύσει, τὸν αἴτιον καὶ

versus terram. Simplic. in Aristot. Coel. p. 91. οἱ δὲ φασιν ἐξ ἀνάγκης αὐτὸ αἰτίῳ πίπτειν (sc. τοῦ μὴ πίπτειν τὸν οὐρανὸν) διὰ τὸ τάχιον φέρεσθαι τάχιον, ἐκνικοῦντι τὴν περιφορὰν ὑπερνικῶσαν τῆς οἰκείας ῥοπῆς ἥττονος οὔσης, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι καὶ Ἀναξαγόρας. Hunc motum rerum coelestium et terrae situm nunquam mutatum iri dicitur ibid. p. 91. ὡς ἥτε τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ἀΐδιος διαμένει καὶ ἡ τῆς γῆς ἐν τῷ μέσῳ στάσις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐδόκει λέγειν καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος. Quo loco firmantur ea, quae supra ad fragm. 11. allata sunt, scilicet διακόσμησιν τοῦ παντὸς nunquam turbari, ita ut prorsus nova rerum conditio inde emergat, sed semper manere, quamvis temporum decursu variae mutationes in orbe terrarum acciderint.

Corpora coelestia sunt lapidea, vel terrena, primum exorta per secretionem partium densarum et humidarum a partibus aëreis et igneis. Deciderunt suo pondere versus terram, unde vehementia motus istius circularis quasi vertigine in altum elata, quotidie cum toto coelo circa terram in medio globi positam feruntur. Aether i. e. ignis obtinet partes superiores sive extremas, et proximus est τῷ περιέχοντι. Vid. ad fragm. 11. Hinc fit, ut sidera, a terra ad coelum sublata, inflammata sint. Alia autem, quum formarentur, non deciderunt in terram, sed vi motus illius circularis, in coelo feruntur circum eam ipsam. Plat. Legg. XII, p. 967. τὰ πρὸ τῶν ὀμμάτων πάντα αὐτοῖς ἐφάνη, τὰ κατ' οὐρανὸν φερόμενα μεστὰ εἶναι λίθων καὶ γῆς καὶ πολλῶν ἄλλων

ἀψύχων σωμάτων. Cf. *Carus* Anax. u. s. Zeitg. p. 444. ad h. l. *Ritter*, p. 280. not. Plut. Lysand. 12. T. III, p. 144. ed. *Hutten*. λέγεται δὲ Ἀναξαγόρας προειπεῖν, ὡς τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐνδεδεμένων σωμάτων γενομένου τινὸς ὀλισθήματος, ἢ σάλου, ῥίψις ἔσται καὶ πτῶσις ἑνὸς ἀποῤῥαγέντος· εἶναι δὲ καὶ τῶν ἄστρων ἕκαστον οὐκ ἐν ᾗ πέφυκε χώρᾳ· λιθώδη γὰρ ὄντα καὶ βαρέα, λάμπειν μὲν ἀντερείσει καὶ περικλάσει τοῦ αἰθέρος, ἕλκεσθαι δὲ ὑπὸ βίας σφιγγόμενον δίνῃ καὶ τόνῳ τῆς περιφορᾶς, ὥς που καὶ τὸ πρῶτον ἐκρατήθη μὴ πεσεῖν δεῦρο, τῶν ψυχρῶν καὶ βαρέων ἀποκρινομένων τοῦ παντός. Plut. Plac. Philos. III, 13. Ἀναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δ᾽ εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀναρπάζοντα πέτρους ἐκ τῆς γῆς καὶ καταφλέξαντα τούτους ἠστερωκέναι. Haec verba repetuntur in Euseb. praep. evang. XV, 30. p. 830. et in Stob. eclog. phys. I, 25, 1. T. II, p. 508. ed. *Heeren*, quem vid. ad h. l. Origen. philos. 8. ἥλιον δὲ καὶ σελήνην καὶ πάντα τὰ ἄστρα λίθους εἶναι ἐμπύρους, συμπεριληφθέντας ὑπὸ τοῦ αἰθέρος περιφορᾶς. Achill. Tat. isagog. in Arat. 11. τινὲς δὲ γεώδεους εἰπεῖν αὐτοὺς ἐτόλμησαν (sc. ἀστέρας), ὧν ἐστι καὶ Ἀναξαγόρας. Cf. ad haec illustranda *Carus* Anax. u. s. Zeitg. p. 444 ss. Id. d. Anax. cosmo-theol. fontib. p. 711. *Ritter*. p. 279 ss. *Hemsen*. p. 70. His perpensis, clara sunt, quae habet Diogen. Laërt. II, 12. φησὶ δὲ Σειληνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, ἐπὶ ἄρχοντος Διμύλου λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν· τὸν δ᾽ Ἀναξαγόραν εἰπεῖν, ὡς ὅλος ὁ

versus terram. Simplic. in Aristot. Coel. p. 91. τὸ μὲν δὲ φάσκειν κατ' ἀνάγκην αὐτὸν ἀιδίου πεπεῖσθαι (sc. τοῦ μὴ πίπτειν τὸν οὐρανὸν) διὰ τὸ μὴ φέρεσθαι κάτω, ἢ τῇ λουύτι τὴν περιφορὰν ὑπερέχουσαν τῆς οἰκείας ῥοπῆς ἡντινος οὔσης, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι καὶ Ἀναξαγόρας. Hunc motum rerum coelestium et terrae situm nunquam mutatum iri dicitur ibid. p. 91. ἢ ὅτι τοῦ οὐρανοῦ κίνησις ἀΐδιος διαμένει καὶ ἡ τῆς γῆς ἐν τῷ μέσῳ στάσις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἔδοξε λέγειν καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος. Quo loco firmantur ea, quae supra ad fragm. 11. allata sunt, scilicet διακόσμησιν τοῦ παντὸς nunquam turbari, ita ut prorsus nova rerum conditio inde emergat, sed semper manere, quamvis temporum decursu variae mutationes in orbe terrarum occiderint.

Corpora coelestia sunt lapidea, vel terrena, primum exorta per secretionem partium densarum et humidarum a partibus aëreis et igneis. Deciderunt suo pondere versus terram, unde vehementia motus istius circularis quasi vertigine in altum elata, quotidie cum toto coelo circum terram in medio globi positam feruntur. Aether i. e. ignis obtinet partes superiores sive extremas, et proximus est τῷ περιέχοντι. Vid. ad fragm. 11. Hinc fit, ut sidera, a terra ad coelum sublata, inflammata sint. Alia autem, quum formarentur, non deciderunt in terram, sed vi motus illius circularis, in coelo feruntur circum eam ipsam. Plat. legg. XII, p. 967. τὰ πρὸ τῶν ὀμμάτων πάντα αὖ τοῖς ἐφάνη, τὰ κατ' οὐρανὸν φερόμενα μεστὰ εἶναι λίθων καὶ γῆς καὶ πολλῶν ἄλλων

